# Benedikt XIII.

## Regule[a] domini Benedicti pape[b] XIII in Cancellaria date de eius mandato[c] per reverendum patrem dominum Iohannem[d] cardinalem[e] tituli[f] sancte Anastasie[g] Vivariensem vulgariter[h] nuncupatum sancte Romane ecclesie[i] vicecancellarium[j]

---

[a] Regule *Paris 14457* Iste sunt regule
[b] pape *fehlt Wien 5474*
[c] de - mandato *fehlt VL 4989, Paris 14457*
[d] Iohannem *fehlt Berlin 861, Wien 5474*
[e] cardinalem *fehlt VL 4989, Paris 14457*
[f] tituli *Wien 5474* tunc
[g] *Paris 14457*, *Wien 5474 folgt* presbiterum cardinalem
[h] vulgariter *fehlt Paris 14457*
[i] sancte - ecclesie *fehlt Berlin 861, VL 4989*
[j] Regule - vicecancellarium *Berlin 861, VL 3983, VL 4989, Paris 14457, Wien 5474; RA 274* Benedictus XII*I; RA 327* Nove regule domini Benedicti pape XIII *und am oberen Blattrand* Nota, quod dominus noster Benedictus XIII fuit coronatus seu assumptus XI die octobris anno domini MCCC nonagesimo quarto *(= 1394 Oktober 11); VL 3987* Dominus noster Benedictus papa tertiusdecimus*; Salamanca 2189* Sequuntur regule Cancellarie de mandato sanctissimi domini nostri domini pape Benedicti XIII in eius Cancellaria observande et anno sui pontificatus primo*; Wien 5474 folgt* quas suo tempore dumtaxat voluit observari*; ohne Überschrift sind VL 7110, Reims 771*

### De reservationibus[a]

---

[a] De reservationibus *fehlt Berlin 861, VL 3987, VL 4989; Paris 14457* Et primo de reservationibus

### 1.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Benedictus divina providentia papa XIII[a], III kalendas octobris in crastinum sue assumptionis anno domini millesimo[b] CCC[c] XCIIII[d][1], fecit reservationes et regulas[e] subsequentes, quas dumtaxat voluit suo tempore observari[f].

---

[1] *1394 September 29.*

---

[a] XIII *VL 3987* tertiusdecimus
[b] millesimo *RA 327, Paris 14457, Salamanca 2189* M
[c] CCC *Berlin 861*, *VL 3987* trecentesimo
[d] anno - XCIIII *Wien 5474* pontificatus sui anno primo*;* XCIIII *Berlin 861, RA 327, VL 3987, VL 4989* nonagesimo quarto*; Paris 14457* nonagesimo IIII*; Salamanca 2189* XC quarto
[e] et regulas *fehlt Berlin 861*
[f] fecit – observari *Salamanca 2189* mandavit constitutiones infrascriptas in Cancellaria sua observari*;* reservationes – observari *fehlt Wien 5474;* quas - observari *fehlt Berlin 861, VL 3987*

### 2.

In primis fecit similes reservationes illis, que in constitutione[a] domini Benedicti pape XII, que incipit „Ad regimen[1]", continentur.

---

[1] = *Benedikt XII. Nr. 35B.*

---

[a] que - constitutione *VL 4989* que consuetudine

## 3.

Item reservavit omnes patriarchales, archiepiscopales et episcopales ecclesias ac monasteria virorum dumtaxat nec non dignitates in cathedralibus post pontificales maiores[a] et in collegiatis ecclesiis principales ac prioratus, prepositatus[b], prepossituras et decanatus conventuales[c] ordinum quorumcumque nec non canonicatus et prebendas et alia beneficia ecclesiastica quecumque et qualiacumque[d], que persone obtinentes dignitates huiusmodi una cum eisdem dignitatibus in ecclesiis etiam cathedralibus ac civitatibus et diocesibus, in quibus dignitates ipse consistunt, obtinent et in posterum obtinebunt[e], ubicumque vacantia et vacatura.

---

[a] maiores *Salamanca 2189* minores
[b] prepositatus *fehlt Berlin 861, VL 3983, VL 3987, Paris 14457, Wien 5474*
[c] conventuales *VL 3983* conventualium
[d] nec non canonicatus – qualiacumque *fehlt VL 4989*
[e] nec non canonicatus – obtinebunt *fehlt VL 3987, Salamanca 2189, Wien 5474*

## 4.

Item declaravit patriarchales, archiepiscopales et episcopales ecclesias ac monasteria nec non canonicatus et prebendas ac prioratus, dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica secularia[a] et regularia cum cura et sine cura per felicis recordationis dominum Clementem papam[b] VII[c] predecessorem suum reservata et tempore obitus predecessoris[d] eiusdem vacantia remansisse et remanere per huiusmodi reservationem et decretum affecta nullumque de illis preter[e] Romanum pontificem potuisse seu posse disponere quoquo modo.

---

[a] secularia *fehlt Paris 14457*
[b] papam *fehlt VL 4989*
[c] VII *VL 3987* septimum
[d] predecessoris *fehlt VL 4989*
[e] preter *Berlin 861* predictis

## 5.

CARDINALIUM BENEFICIA ET FAMILIARUM SUORUM RESERVANTUR[a].

Item, omnia beneficia ecclesiastica quorumcumque suorum ac sancte Romane ecclesie cardinalium presentium et futurorum familiarium[b] commensalium ac filiorum legitimorum fratrum et sororum eorundem cardinalium[c] nec non collectorum et subcollectorum fructuum etc., ita quod in singulis diocesibus non sit nisi unus subcollector, nec non beneficia illorum, qui vivente domino Clemente predecessore suo familiares commensales dictorum dominorum cardinalium[d], qui nunc[e] sunt, fuerunt et nunc vivunt, illa videlicet, que[f] durante familiaritate huiusmodi obtinebant et nunc obtinent, etiamsi a familiaritate recesserint antedicta.

[a] Cardinalium - reservantur *VL 4989*
[b] familiarium *fehlt VL 3987*
[c] presentium – cardinalium *fehlt Salamanca 2189;* cardinalium *fehlt VL 3987*
[d] cardinalium *fehlt Salamanca 2189*
[e] nunc *Wien 5474* tunc
[f] que *fehlt Wien 5474*

## 6.

Item, Massilie[1], quinto[a] nonas martii pontificatus sui anno decimo[b2], declaravit sue intentionis a principio sue assumptionis fuisse et etiam existere, omnia beneficia illorum, qui[c] tempore, quo ipse sancte Romane ecclesie cardinalis existebat, fuerant sui veri[d] familiares commensales[e] et qui tempore dicte assumptionis vivebant, licet tunc familiares esse desiissent seu recessissent a familiaritate antedicta, illa videlicet, que tempore familiaritatis et assumptionis huiusmodi obtinebant, fuisse et esse dispositioni sue reservata.

[1] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *1404 März 3.*

[a] quinto *Berlin 861, RA 327, Paris 14457* V
[b] decimo *VL 3983* X
[c] *Paris 14457 folgt* pro
[d] veri *fehlt VL 3983*
[e] commensales *fehlt Paris 14457*

## 7.

Item[a], omnia beneficia quorumcumque ab eo gratias obtinentium, qui ex tunc illa se obtulerint dimissuros, et illa, que idem dominus noster ex tunc voluerit eos dimissuros[b], si[c] gratias huiusmodi ratas[d] habuerint, nec[e] non illa, de quibus, cum[f] per assecutionem aliorum[g] aut promotionem seu consecrationem[h] aut lapsum temporis etc. seu[i] assecutionem[j] administrationis[k] bonorum monasteriorum[l] auctoritate apostolica faciendam vacarent,

mandabit[m] seu concedet provideri, etiamsi[n] illa per obitum ea obtinentium aut alias quam per assecutionem seu consecrationem etc. huiusmodi vacare contingat.

---

[a] *VL 4989 folgt* quod
[b] et illa – dimissuros *fehlt VL 4989*
[c] si *VL 4989* se
[d] ratas *Salamanca 2189* factas*; Wien 5474* rectas
[e] nec *VL 3987* et
[f] cum *fehlt VL 3987; Wien 5474* tunc
[g] aliorum *Berlin 861* illorum
[h] consecrationem *VL 4989* confirmationem
[i] seu *Wien 5474* se
[j] seu consecrationem – assecutionem *fehlt VL 3987*
[k] administrationis *Berlin 861, VL 3987, Paris 14457, Salamanca 2189* et administrationem
[l] bonorum monasteriorum *Wien 5474* beneficiorum*;* monasteriorum *fehlt VL 3987*
[m] seu assecutionem – mandabit *fehlt VL 4989*
[n] etiamsi *VL 3987, Salamanca 2189, Wien 5474* si

## 8.

Item[a], omnia beneficia existentium[b] in Romana curia, que[c], quamdiu ibi stabunt, vel infra duas dietas legales animo ad eandem curiam redeundi extra eandem curiam quovis modo vacare continget.

---

[a] *VL 4989 folgt* quod
[b] existentium *VL 3987* existentia
[c] que *Paris 14457* qui

## 9.

(1) Item voluit, quod, si provideri[a] mandaret seu concederet provideri aliquibus de beneficiis[b] vacantibus et antea dispositioni[c] apostolice generaliter vel specialiter reservatis et beneficia ipsa ante adeptionem possessionis[d] eorundem quovis modo vacare contingeret, illa reservata sint[e] sicut prius.

---

[a] provideri *VL 3987* provideret
[b] aliquibus - beneficiis *VL 3987* de aliquibus beneficiis
[c] dispositioni *Salamanca 2189* disponi
[d] *VL 3983 folgt* pacifice
[e] sint *fehlt Paris 14457*

| *Wien 5474.* | *VL 3983.* |
|---|---|
| (2) Et idus iulii anno quarto[1] declaravit possessionem scilicet pacificam intelligi. | Ita declaravit dominus noster sue intentionis fuisse, idus iulii anno IIII[a]. |

---

[1] *1398 Juli 15.*

[a] *Layoutendnote*

## 10.

Item voluit, quod, si contingeret eum[a] de aliquo beneficio vacante alicui providere[b], mandare seu concedere[c] provideri[d] et huiusmodi provisio, mandatum seu concessio ex[e] aliqua causa non valeret[f] vel effectum sortiri non posset, ab illa die dictum beneficium specialiter[g] reservatum existat.

[a] eum *VL 3983* ipsum; *Wien 5474* cum
[b] providere *VL 4989* provideri
[c] concedere *Berlin 861* concedi
[d] provideri *fehlt Wien 5474*
[e] ex *fehlt Salamanca 2189*
[f] causa - valeret *VL 3983* tam non valent*; VL 3983 folgt* videlicet subrepticie vel quia exprimebatur unus modus vacationis et vacabat alio etc.
[g] specialiter *fehlt VL 3983*

## 11.

Item, quod[a], si contingat ipsum aliquod[b] beneficium cuiuscumque persone alteri conferendum, dum vacabit per contractum matrimonii ipsius persone, reservare beneficium ipsum[c] quovis modo[d], ipsum ex tunc[e] vacare continget, si contractus huiusmodi matrimonii quandocumque sequatur, sit dispositioni sue[f] specialiter reservatum.

[a] quod *fehlt Berlin 861*, *VL 3987, Paris 14457*
[b] aliquod fehlt *VL 3983, Paris 14457*
[c] *Berlin 861 folgt* ex tunc
[d] *VL 3983 folgt* videlicet per resignationem vel permutationem etc.
[e] ipsum ex tunc *fehlt Salamanca 2189;* ex tunc *fehlt Berlin 861*
[f] sue *Paris 14457* apostolice

## 12.

Item[a] omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, ratione quorum[b] persone illa pro tempore obtinentes[c] in studiis generalibus in[d] quibusvis licitis facultatibus[e] studentibus vel legentibus licentiam recipiendi gradus in eisdem facultatibus[f] dare consueverunt.

[a] *Salamanca 2189 folgt* quod
[b] ratione quorum *Salamanca 2189* quorumcumque que
[c] obtinentes *VL 3987* obtinentium
[d] in *fehlt Berlin 861*
[e] *Wien 5474 folgt* vel
[f] vel legentibus – facultatibus *fehlt Berlin 861*

## 13.

Item reservavit omnia beneficia ecclesiastica, que habentes et in antea habituri[a] proprium domicilium in civitate Avinionensi extra civitatem eandem et diocesim Avinionensis obtinent et in posterum obtinebunt.

---

[a] et - habituri *VL 3987* habitum

## 14.

Item, IIII idus septembris anno primo[1], idem fecit de beneficiis, que tenent in civitate Avinionense[a].

---

[1] *1395 September 10. Vgl. unten Nr. 133.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 15.

Item reservavit, anno XII[1], beneficia morientium in Avinione a tempore translationis curie[a].

---

[1] *1405 Oktober 11 - 1406 Oktober 10.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 16.

| *Wien 5474(a)* | *Wien 5474(b)* |
|---|---|
| Item reservavit omnia beneficia, que tenent in commendam prelati quicumque. Sed hec reservatio fuit facta pridie idus septembris anno primo[a1]. | VI kalendas decembris anno[2] reservavit omnia beneficia, que per prelatos tenentur in commendam et per quoscumque, quorum alia beneficia, qui al(ias) tenet, essent al(ias) reservata. |

---

[1] *1395 September 12.*
[2] *November 26.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 17.

Item, idus iulii[1], declaravit idem esse de quodam beneficio ad vitam beneficiati vel quamdiu preerit dignitati vel beneficio unico, nec est generalis[a].

[1] *Juli 15.*

[a] *Layoutendnote*

## 18.

Item declaravit generaliter velle uti reservationibus, quibus dominus Clemens generaliter ubicumque utebatur, que erant pu(bli)ce in Cancellaria.

## 19.

Item, die XIX septembris anno[a1] reservavit et dixit coram omnibus dominis cardinalibus se velle sic uti omnibus beneficiis quorumcumque familiarium domini nostri Clementis sancte memorie, aliorum Romanorum pontificium, qui beneficia suorum familiarium reservata. Facta fuit bulla sub XII kalendas iunii anno III[2]. Die? IIII kalendas novembris anno III[3].

[1] *September 19.*
[2] *1397 Mai 21.*
[3] *Oktober 29.*

[a] *Wien 5474 folgt* N

## 20.

| *Berlin 861, RA 327(a+b), VL 3983, VL 4989(a), Paris 14457(a).* | *VL 4898(b), Paris 14457(b).* |
|---|---|
| Item[a], XI[b] kalendas decembris anno secundo[c1], reservavit dispositioni sue omnia beneficia ecclesiastica secularia et regularia ordinum quorumcumque cum cura et sine cura, qualiacumque fuerint, quibusvis ecclesiarum et monasteriorum dispositioni sue generaliter reservatorum prelatis et aliis quibuscumque personis secularibus et regularibus, que beneficia ecclesiastica quecumque dispositioni predicte quomodolibet generaliter re- | Item[f], undecimo[g] kalendas decembris anno secundo[h], reservavit dominus noster Benedictus omnia beneficia commendata quibuscumque, etiamsi tempore reservationis non erant commendata. |

[1] *1395 November 21*.

| | |
|---|---|
| servata[d] nunc obtinent et in posterum obtinebunt, apostolica vel ordinaria auctoritate nunc quomodolibet commendata et in antea commendanda[e], etiamsi huiusmodi beneficia tempore commendarum huiusmodi dispositioni apostolice generaliter reservata non fuerint. | |

[a] *VL 4989(a) folgt* quod
[b] XI *VL 4989(a)* undecimo
[c] secundo *VL 3983, Paris 14457(a)* II
[d] *VL 4989(a) folgt* que
[e] commendanda *Paris 14457(a)* commendata
[f] Item *fehlt VL 4989(b)*
[g] undecimo *Paris 14457(b)* XI
[h] secundo *Paris 14457(b)* II

## 21.

*VL 4989, Paris 14457.*

Item, eadem die[1], quod littere non expediantur sine eius consultatione de gratiis faciendis de beneficiis vacantibus cum clausula „Etiamsi capellanatus[a] honoris“ etc. vel similis casus reservationis expressus per verbum. Etiam non detur reservatio, nisi dispositive narretur reservationis modus.

*Wien 5474.*

Eadem die voluit, quod per verbum etiam non daretur reservatio, etiamsi unus modus reservationis exprimentur, nisi quatenus dicetur dispositive per mortem talis capellani honoris etc.

[1] *(1395 November 21)*.

[a] capellanatus *Paris 14457* capellanus

## 22.

BENEFICIA PERTINENTIA AD COLLATIONEM DOMINI NOSTRI RATIONE BENEFICIORUM, QUE OBTINET, SUNT RESERVATA[a].

Benedictus etc.[b] Ad futuram rei memoriam. Omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura spectantia communiter vel divisim ad collationem etc. obtinen(tis) pro tempore canonicatus et prebendas et quecumque alia beneficia ecclesiastica, que nos, dum eramus sancte Marie in Cosmedin

diaconus cardinalis[1], obtinebamus et nunc etiam retinemus, quecumque, quotcumque[c], qualiacumque fuerint, cum illa sive per obitum sive alias quovis modo vacare contigerit[d], intendentes de ipsis per apostolice sedis providentiam ordinari[e], hac vice collationi et dispositioni nostre generaliter reservamus, inhibentes etc. ac decernentes etc. cum non obstantibus[f] et clausulis opportunis.

Fiat, ut supra continetur[g]. Datum Avinione, XV kalendas februarii anno nono[h2].

---

[1] *1375 Dezember 20 – 1384 September 28*.
[2] *1403 Januar 18*. *(Nicht in RA 307, RV 323, RV 330)*

---

[a] Beneficia - reservata *IM 5245*
[b] Benedictus etc. *fehlt IM 5245, VL 3983*
[c] quotcumque *VL 3983* et
[d] contigerit *IM 5245* contingerit *(!)* ev. contingeret
[e] ordinari *IM 5245* ordinare
[f] obstantibus *VL 3983* obstantiis
[g] continetur *IM 5245* continentur
[h] nono *VL 3983* IX

## De concernentibus expeditionem litterarum[a]

---

[a] expeditionem litterarum *fehlt VL 3987*

### 23.

Item voluit et etiam ordinavit regulas infrascriptas per assistentes reverendissimo in Christo patri et domino domino[a] Iohanni[1] miseratione divina tituli[b] sancte Anastasie presbitero cardinali sancte Romane ecclesie vicecancellario et alios abbreviatores super ordinatione notarum[c] et examinatione[d] grossarum[e] ac earum[f] expeditione[g] ad bullam sub debito et religione iuramenti prestiti[h] inconcusse[i] servari[j].

---

[1] *Johannes de Broniaco*.

---

[a] domino *fehlt Wien 5474*
[b] tituli *Wien 5474* tunc
[c] notarum *VL 4989* notorum*; Salamanca 2189* notariorum
[d] examinatione *Salamanca 2189* examine
[e] grossarum *VL 4989* grossorum
[f] earum *VL 3987, VL 4989, Salamanca 2189* eorum*; Paris 14457* etiam
[g] expeditione *VL 4989* expedire
[h] prestiti *VL 3987* prestito*; Wien 5474* prefati
[i] inconcusse *Wien 5474* incurrisse
[j] servari *VL 4989* reservari

### 24.

In primis, quod assistentes et abbreviatores predicti sint attenti et solliciti circa[a] signationem petitionum, ut videlicet littera vel punctus non deficiat, vel, si deficeret vel esset forsitan signum suspectum, quod ipsum dominum vicecancellarium[b] reddant attentum.

---

[a] circa *Berlin 861*, *VL 3987* certa
[b] vicecancellarium *Salamanca 2189* cancellarium

## 25.

Item, quod in[a] litteris gratiosis[b] nulla[c] prorsus de[d] alicuius supplicantis[e] pro alio, nisi de[f] cardinalium, regum et reginarum instantia mentio habeatur, nisi forsan prelatus vel capitulum, ad quorum collationem spectaret beneficium[g], supplicarent. Istius[h] regule exceptio extenditur ad diocesanum et ad capitulum ecclesie, in qua huiusmodi beneficium consistet, etiamsi beneficium ipsum ad eorum collationem non pertineat, ac etiam ad abbatem et conventum, si beneficium fuerit in eorum monasterio, et etiam ad quemcumque alium[i] collatorem vel patronum.

---

[a] in *fehlt VL 4989*
[b] gratiosis *Berlin 861*, *VL 3987* grossis
[c] nulla *VL 3987* nullus
[d] de *VL 4989* ad
[e] supplicantis *VL 3987* supplicatione*; Paris 14457* suppositis
[f] de *VL 4989* pro
[g] spectaret beneficium *VL 3983* exspectat
[h] istius *VL 3987* ipsius
[i] alium *Paris 14457* illius

## 26.

Hec regula intelligitur, quando unicum beneficium venit et per mortem unius, alias attende[a].

Item, quod[b] detur in expectationibus[c] in forma speciali „Ad collationem, provisionem, presentationem[d] seu quamvis aliam dispositionem“ ac etiam „Communiter vel divisim“, si[e] petatur, ac „Simul vel successive“, cum opus fuerit, et „Secundum taxationem decime“, etiamsi non petatur[f], et in[g] certo modo vacante seu vacaturo valor ponatur, prout petent[h].

---

[a] Hec - attende *RA 327*
[b] quod *fehlt Paris 14457*
[c] expectationibus *Wien 5474* exceptionibus
[d] presentationem *fehlt VL 3987*
[e] si *VL 3987* sed si
[f] ac simul – petatur *fehlt Paris 14457*
[g] in *fehlt Paris 14457*
[h] petent *Berlin 861* patent

### 27.

Item, quod petenti[a] „Ad cuiuscumque seu quorumcumque collationem“ seu ad plures collationes nominatim expresse[b] detur dumtaxat una collatio de petitis, quam duxerit eligendam, talem videlicet, qualem habuisset, si eam expressisset.

---

[a] petenti *VL 3987* potenti
[b] expresse *VL 3983, VL 4989* expressas

### 28.

Item, quod in gratiis de beneficiis cum cura vel sine cura, in quibus ipse exprimet unicam[a] certam[b] summam sive maiorem sive minorem[c] summa[d] dari consueta[e], illa[f] summa in curato beneficio et in non curato beneficio[g] summa in eo[h] dari consueta apponatur.

---

[a] unicam *fehlt VL 4989; Salamanca 2189* unam
[b] certam *fehlt VL 3987*
[c] sive minorem *fehlt VL 4989;* minorem *Berlin 861* maiorem
[d] sive maiorem – summa *fehlt Paris 14457;* summa *Berlin 861, RA 327, VL 3983, VL 4989, Salamanca 2189, Wien 5474* summam
[e] consueta *Berlin 861, VL 3983, VL 4989, Salamanca 2189, Wien 5474* consuetam
[f] illa *fehlt Wien 5474*
[g] et - beneficio *fehlt Wien 5474*
[h] *Paris 14457 folgt* summa

### 29.

Item, quod in gratiis expectativis in ecclesiis[a], ubi[b] sunt maiores et minores prebende, quantumcumque[c] petatur maior, non detur per[d] simplicem signationem, sed detur minor prebenda, quamvis petita non fuerit per eundem.

---

[a] in ecclesiis *fehlt VL 4989*
[b] ubi *VL 3987* non
[c] quantumcumque *Berlin 861* quacumque
[d] per *VL 4989* in

### 30.

Item, quod, si peteretur provideri in certa ecclesia de canonicatu et prebenda vel etiam sub expectatione prebende et in ea non est certus numerus vel distinctio prebendarum, littere secundum[a] conditionem ecclesie expediantur.

---

[a] *Berlin 861, Salamanca 2189 folgt* communem

### 31.

Item, quod[a], si in[b] particulari supplicatione vel rotulo quis regularis vel secularis in minori etate constitutus supplicet provideri sibi de beneficio, prioratu aut dignitate, personatu etc. cum cura vel sine cura cum[c] dispensatione super defectu etatis, numquam per simplicem signationem intelligatur dispensatum[d] esse. Et hoc idem[e] observetur[f] in[g] patientibus defectum natalium, nisi talis esset gratia, que[h] totaliter[i] ipsum actum concerneret dispensationis vel alias ipsa gratia de aliquo sine dispensatione operari non posset.

---

[a] quod *fehlt Berlin 861*
[b] in *fehlt VL 3987*
[c] sine - cum *fehlt VL 3987*
[d] dispensatum *Paris 14457* dispensandum
[e] idem *fehlt VL 3987*
[f] observetur *Salamanca 2189* servetur
[g] in *VL 4989* idem
[h] que *Wien 5474* quod
[i] totaliter *VL 4989* totalem

**32.**

Item, quod[a], si cui regulari de aliquo[b] beneficio in alia[c] ecclesia vel in alio monasterio fiat gratia, ponatur clausula translationis etiam non petita.

---

[a] quod *fehlt Paris 14457, Salamanca 2189*
[b] aliquo *fehlt VL 3987*
[c] alia *Paris 14457* aliqua

**33.**

Item, quod[a] in quibuscumque litteris super mandatis de personis recipiendis in locis regularibus ponatur clausula „Si sint idonee et aliquod canonicum[b] non[c] obsistat" et, si non sit[d] certus numerus, ponatur „Dummodo etc.", et si[e] sit certus numerus[f], ponatur „Si aliquis de dicto numero deest etc.", nisi ipse vellet expresse dictam personam ultra numerum recipi, et[g] tunc ponatur „Quod alias[h] numerus in[i] sua firmitate remaneat" et, si dicte persone una cum hoc expectationem peterent, non veniat expectatio, etiamsi motu proprio fieret.

---

[a] quod *fehlt Berlin 861*
[b] canonicum *VL 4989* canonicatus
[c] non *Paris 14457* quod
[d] sit *fehlt VL 3987*
[e] et si *RA 327* etiamsi
[f] ponatur - numerus *fehlt Wien 5474;* numerus *VL 3987* terminus
[g] et *Wien 5474* ex
[h] alias *VL 4989* alius
[i] in *fehlt Salamanca 2189*

**34.**

Item, quod[a], si quis supplicet gratiam quamcumque sibi fieri[b] sub expectatione cum clausula „Anteferri omnibus etiam auctoritate[c] ipsius[d] expectantibus“, numquam per simplicem signationem intelligatur dictam clausulam sua auctoritate expectantibus esse concessam et, si forte contingeret eum[e] manu propria scribere „Fiat, ut petitur, etiam[f] cum clausula anteferri“, predicta nihilominus assistentes[g] reddant super hoc attentum dominum vicecancellarium, quod talem gratiam non expediat sine expressa ipsius[h] domini nostri[i] conscientia per eum sibi verbotenus facienda[j]. Et idem[k], si gratia proprio motu facta[l] foret.

---

[a] quod *fehlt Berlin 861, VL 4989, Wien 5474*
[b] fieri *fehlt VL 4989*
[c] auctoritate *VL 4989* attente
[d] ipsius *VL 3987, Salamanca 2189*, *Wien 5474* nostra
[e] eum *VL 3983* ipsum*; VL 4989, Salamanca 2189* cum
[f] etiam *VL 3987* etiamsi
[g] assistentes *fehlt VL 4989*
[h] ipsius *fehlt Wien 5474*
[i] *Berlin 861 folgt* pape
[j] facienda *VL 3983* facta
[k] idem *VL 3987* ideo
[l] facta *fehlt Salamanca 2189*

**35.**

Item, quod super[a] pluribus[b] certis petitis beneficiis per simplicem signationem littere non expediantur, nisi de unico, quodque canonicatus[c] et prebenda ac dignitas, personatus, administratio vel officium in eadem ecclesia nec non[d] prestimonia et prestimoniales portiones aut additamenta aut oblegia vel similia[e] eiusdem persone in eadem ecclesia, civitate vel diocesi nec non etiam portio et prestimonia etc., ut supra, pro uno dumtaxat computentur. Et idem, si motu proprio gratia fieret.

---

[a] super *Paris 14457*
[b] *Paris 14457 folgt* super
[c] canonicatus *Salamanca 2189* de canonicatu
[d] non *fehlt Berlin 861*
[e] similia *VL 3987* funeralia

**36.**

Item, quod in regno Sicilie quecumque beneficia vacantia in eadem supplicatione contenta per simplicem signationem, dummodo sint[a] compatibilia et aliud non obsistat et fructus eorum[b] LX florenorum de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedant, censeantur[c] esse concessa.

---

[a] sint *Berlin 861* fiant
[b] eorum *fehlt VL 3987*

[c] censeantur *VL 3987* consecuntur

**37.**

Item, quod[a], si faceret gratiam etiam[b] motu proprio de beneficio quocumque vigore constitutionis[c] „Execrabilis[1]" vacante, scribatur iudicibus, quod ipsi auctoritate apostolica de illo provideant, si est ita. Et[d] idem in[e] quibuscumque aliis gratiis servetur, in quibus ex facti[f] narratione aut signatione conditio[g] intelligeretur vel etiam appareret.

[1] = *Johannes XXII. Nr. 65B.*

[a] quod *fehlt VL 3987, Salamanca 2189*
[b] etiam *fehlt Salamanca 2189*
[c] constitutionis *fehlt Paris 14457*
[d] *Salamanca 2189 folgt* ad
[e] in *VL 3983* de
[f] facti *fehlt VL 4989; VL 3987* facta
[g] conditio *VL 3987* auditio

**38.**

Item, quod[a], quandocumque aliquis impetrabit quodcumque beneficium narrans[b] in petitione[c] illud[d] vacare[e] per consecrationem, lapsum temporis etc.[f] vel assecutionem[g] alterius beneficii et ipse[h] impetrans postea informatus, etiamsi[i] littere super dicta gratia fuerint bullate, quod beneficium, quod impetrat, tempore impetrationis huiusmodi sic[j] non vacabat, sed per hoc idem sperabatur vacare, quod huiusmodi beneficium reservetur vel reservari mandetur sibi[k] conferendum, quamprimum etc., preterquam per obitum etc.[l]; et idem[m] in casu converso.

[a] quod *fehlt Paris 14457*
[b] narrans *VL 3987* vacans*; VL 4989* vacans narrans
[c] petitione *VL 3983* supplicatione; *VL 4989 folgt* sua
[d] illud *fehlt Berlin 861; Wien 5474* illuc
[e] vacare *VL 3987* vocate
[f] etc. *fehlt VL 3987*
[g] assecutionem *VL 3987* assecutionis
[h] ipse *VL 4989* tempore
[i] etiamsi *VL 3987* etc. si*; Paris 14457* etiam sicut
[j] sic *VL 4989* si
[k] sibi *VL 3987* si
[l] preterquam - etc. *fehlt Salamanca 2189*
[m] idem *VL 3987* eidem

**39.**

Item, quod[a] super gratiis de certis beneficiis vacaturis non expediantur littere, nisi per promotionem[b] auctoritate apostolica factam[c] vel assecutionem[d] alterius beneficii, de quo[e] gra-

tia facta foret, eadem[f] vel[g] ordinaria auctoritate factam vel faciendam aut per professionem iam ingressi religionem seu per contractum[h] matrimonii vacare sperentur, et quod[i] in primis duobus casibus ponatur clausula „Vel alio[j] quovis modo, preterquam" etc. in vacaturo, etiamsi non petatur.

---

[a] quod *fehlt Salamanca 2189*
[b] promotionem *VL 3987* procuratorem
[c] factam *fehlt Paris 14457*
[d] assecutionem *VL 3987* assecutam
[e] quo *VL 3987* qua
[f] eadem *VL 4989* eandem*; Salamanca 2189* eidem
[g] vel *fehlt Berlin 861*
[h] contractum *Berlin 861* contractam
[i] quod *fehlt VL 3987, Paris 14457*
[j] alio *Berlin 861*, *VL 4989, Paris 14457, Wien 5474* alias

## 40.

Item, quod[a], quando[b] quis supplicat sibi provideri de beneficio, super quo cum aliquo litigat, si per eventum litis etc. et in signatione[c] ponatur „Provideatur[d] sufficientiori", beneficia, que non supplicans obtinet[e], in litteris exprimantur et, si[f] multa obtineat, quod artetur[g] ad dimittendum[h] secundum numerum beneficiorum et qualitatem persone.

---

[a] quod *fehlt Berlin 861*
[b] quando *fehlt VL 3987*
[c] signatione *VL 4989* signatura
[d] provideatur *fehlt Paris 14457*
[e] beneficia - obtinet *VL 4989* beneficiaque que supplicans obtinet non
[f] si *fehlt VL 4989*
[g] artetur *Salamanca 2189* sciretur
[h] dimittendum *VL 3987* admittendum

## 41.

Item, quod[a], quando[b] alicui fiet gratia[c] de beneficio vacante per obitum subcollectoris[d] et non poterit de officio subcollectorie facere fidem, expediantur littere[e] cum clausula „Si non[f] sit[g] alteri[h] ius quesitum[i]", etiamsi[j] dictus ‹..›[k] subcollector fuerit, et quod idem in aliis similibus reservationibus[l] observetur.

---

[a] quod *fehlt Wien 5474*
[b] quando *Paris 14457* si
[c] fiet gratia *VL 3987* provideatur
[d] subcollectoris *VL 3983* subcollectorie
[e] littere *fehlt VL 4989, Paris 14457*
[f] Si non *VL 3987* nisi sit
[g] sit *fehlt Paris 14457, Wien 5474*
[h] alteri *Salamanca 2189* alicui
[i] *Paris 14457 folgt* esset
[j] etiamsi *Paris 14457* si

[k] .. *Berlin 861, Salamanca 2189* talis*; RA 327, VL 4989, Paris 14457* N
[l] reservationibus *RA 327, Paris 14457, Wien 5474* reservatis

**42.**

Item, quod gratie de certis beneficiis aliquibus, qui illa indebite detinent[a], faciende, si[b] in eis talia narrentur, per que appareat ipsos fore inhabiles, per simplicem signationem[c] cum habilitatione expediantur, etiamsi expressa non fuerit in eisdem.

[a] detinent *Berlin 861* determinent*; VL 3987* obtinent*; VL 4989, Paris 14457, Wien 5474* detinerent
[b] si *VL 4989* si eis*; Paris 14457* sed
[c] signationem *VL 4989* signaturam

**43.**

Item, quod[a] religiosis petentibus confirmationem et, quod nequeant ab eorum[b] beneficiis amoveri, detur dumtaxat „Perinde valere".

[a] *VL 3987 folgt* si
[b] ab eorum *VL 3983* a suis; *VL 3987* ad eorum

**44.**

Item, quod, si[a] in supplicationibus reformationum[b] gratiarum apostolicarum ac confirmationum[c] acceptationum, provisionum[d], electionum, collationum[e] apostolica vel alia quavis[f] auctoritate factarum certi modi vacationum[g] cum clausula „Quovis modo" vel alia seu quicumque alii defectus suppleri seu reservationes aut devolutiones tolli petantur, omnia premissa et alia quecumque in eisdem supplicationibus contenta intelligantur esse concessa, nisi in casibus, in quibus regule contrarie apparerent seu per signationem supplicationum earundem vel cancellaturam[h] in eis factam aut alias de contraria intentione sua constaret evidenter.

[a] si *fehlt RA 327, VL 3983, Paris 14457, Salamanca 2189*
[b] reformationum *Paris 14457* reformationem*; Wien 5474* reservationum
[c] ac confirmationum *Paris 14457* aut confirmationem
[d] provisionum *Salamanca 2189* provisio
[e] collationum *fehlt Salamanca 2189*
[f] quavis *VL 4989* quamvis
[g] certi modi vacationum *VL 3987* certo modo vacantium
[h] supplicationum – cancellaturam *fehlt Paris 14457;* cancellaturam *Berlin 861* cancellarium*; Wien 5474* cancellatur

**45.**

Item, quod in dictis[a] litteris super gratiis de beneficiis vacantibus vel vacaturis conficiendis semper ponatur, quod[b] incompatibilia per assecutionem incompatibilium[c] dimittantur et, si[d] expectanti in quacumque forma detur alia expectatio, prima expectatio ex nunc[e] omnino cassetur, et quod nullus duas expectationes insimul valeat retinere. Si autem expectanti in forma pauperum fiat gratia de certo[f] beneficio, cassetur[g] expectatio per assecutionem etc.; et idem in casu converso[h].

---

[a] dictis *fehlt VL 3987*
[b] quod *fehlt Salamanca 2189*
[c] incompatibilium *VL 3987* et compatibilium
[d] si *Salamanca 2189* quod
[e] nunc *VL 4989, Paris 14457* tunc
[f] certo *VL 3987* aliquo
[g] cassetur *Berlin 861* cessetur
[h] converso *fehlt Paris 14457*

## 46.

Item, quod[a], si quis confirmationem seu „Perinde valere“ in beneficialibus obtineat, non sit necesse facere mentionem de beneficiis, que obtinet, si prime supplicationes per eum signate fuerint et in eis eadem[b] beneficia sint expressa; idem, si provideat vel mandet provideri de eodem beneficio, si non sit[c] alicui specialiter ius quesitum; et quod littere super confirmationibus seu „Perinde valere“ huiusmodi post quattuor[d] menses a data earum[e] computandos non expediantur absque mandato domini vicecancellarii speciali[f]; et idem in gratiis[g] de „Si neutri“.

---

[a] quod *fehlt VL 4989, Paris 14457*
[b] eadem *VL 3987* collation(is)
[c] sit *fehlt VL 3987*
[d] quattuor *VL 3983, VL 3987, Paris 14457, Wien 5474* IIII
[e] earum *Berlin 861, VL 4989, Paris 14457, Salamanca 2189* eorum
[f] speciali *Salamanca 2189* specialiter
[g] gratiis *Salamanca 2189* negotiis

## 47.

Item, quod in litteris commissionum super resignationibus simpliciter vel etiam causa[a] permutationis recipiendis ponatur clausula „Quod nulla interveniat corruptela“ et in[b] permutationibus ponatur clausula[c] „Nostre tamen intentionis[d]“ etc.[1].

---

[1] *Die zu Schluss angeführte Klausel lautet* nostre tamen intentionis existit, quod ex collatione et assignatione per te vigore presentium faciendis nullum predicto N. ius quomodolibet acquiratur etc., *Riganti Comment. in reg. canc. S. 219 § 13.*

---

[a] etiam causa *Paris 14457* ex casu

[b] in *fehlt VL 3987*
[c] Quod nulla – clausula *fehlt Salamanca 2189*
[d] intentionis *fehlt Berlin 861, RA 327, VL 3983, VL 3987, VL 4989, Salamanca 2189, Wien 5474*

**48.**

Item, quod in litteris gratiarum exspectationum[a] per eum in forma speciali faciendarum clausula concurrentie[b] apponatur.

[a] expectationum *VL 3987, VL 4989, Wien 5474* expectativarum
[b] concurrentie *VL 3987, VL 4989, Wien 5474* concurrentis

**49.**

Item, quod[a] data in fine rotulorum apposita in litteris[b] omnium[c] gratiarum in eisdem rotulis[d] contentarum, exceptis gratiis habentibus datas aliquas speciales, apponatur[e]. Et rotulum esse voluit, in quo sex supplicationes continentur, quodque in rotulis de beneficiis vacantibus vel certo modo vacaturis non veniant expectationes nec e converso, nisi esset signata per se.

[a] quod *fehlt Wien 5474; Salamanca 2189 folgt* de
[b] litteris *VL 4989, Paris 14457* fine
[c] omnium *fehlt Berlin 861*
[d] rotulis *VL 3987* litteris
[e] apponatur *fehlt Wien 5474*

**50.**

Item, quod, si[a] in litteris gratie fiat mentio de reservatione speciali facta ante vel post obitum vel alias sive de[b] resignatione[c] facta in manibus alicuius, etiamsi[d] per procuratorem specialiter constitutum, numquam littere traduntur ad bullam, nisi facta prius fide de[e] reservatione et resignatione, potestate recipientis et[f] mandato procuratoris[g] resignantis, nisi de eis alias domino vicecancellario constet, et nihilominus in examine[h] litterarum per signi[i] appositionem in clausulis de hiis facientibus mentionem[j] et verbotenus in expeditione[k] litterarum ipsarum reddatur attentus dominus vicecancellarius per assistentes eidem.

[a] si *fehlt VL 4989, Paris 14457, Salamanca 2189, Wien 5474*
[b] de *fehlt Berlin 861*
[c] resignatione *VL 4989, Wien 5474* reservatione
[d] etiamsi *Berlin 861*, *RA 327*, *VL 3987*, *VL 4989* et si
[e] de *fehlt VL 4989*
[f] et *VL 3987, VL 4989* de
[g] procuratoris *Salamanca 2189* pro cuius
[h] examine *Paris 14457* examinatione
[i] *VL 4989 folgt* ipsarum reddatur

[j] mentionem *fehlt VL 4989*
[k] litterarum – expeditione *fehlt Salamanca 2189*

**51.**

Item, quod magistri in theologia et doctores in iure canonico vel civili, licentiati, baccalarii formati in eadem theologia et in medicina magistri seu in aliquo dictorum iurium licentiati cum rigore examinis, capellani sui[a] commensales, scriptores et abbreviatores litterarum apostolicarum ratione gratiarum per eundem[b] faciendarum[c] eisdem ac permutantes[d] apud[e] sedem apostolicam beneficia sua et obtinentes „Perinde valere“ et novas provisiones de beneficiis auctoritate apostolica acceptatis non examinentur.

[a] sui *VL 4989* seu
[b] eundem *Salamanca 2189* eosdem
[c] eundem faciendarum *Paris 14457* eum faciendum
[d] permutantes *VL 3987* permutationes
[e] apud *Paris 14457* ad

**52.**

Item, quod, si contingat aliquem vel aliquos[a] sancti Benedicti vel Cluniacensis ordinum monachos vel alterius religionis professores[b], qui prius de ordine mendicantium ad dictos ordines transivissent, ab eo super dignitatibus, prioratibus, abbatialibus[c], personatibus, administrationibus, officiis aut quibusvis aliis beneficiis ecclesiasticis obtinendis gratiam seu gratias etiam motu proprio obtinere, huiusmodi gratie[d] sint nulle, nisi in eis, quod[e] mendicantes extiterint[f], expresse caveatur, et quod[g] nihilominus in litteris inde conficiendis clausula „Ceterum“ apponatur.

[a] vel aliquos *VL 4989* de aliquo
[b] professores *VL 4989* professionis
[c] abbatialibus *fehlt VL 3987*
[d] gratie *fehlt Paris 14457*
[e] in eis, quod *Paris 14457* quod in eis
[f] extiterint *fehlt Berlin 861*
[g] quod *fehlt VL 3987*

**53.**

Item, quod in litteris[a] facultatum quibusvis super conferendis beneficiis vacantibus vel vacaturis ad eorum collationem etc. pertinentibus certis personis nominatis seu etiam nominandis concedendarum, si persone ipse fuerint in theologia vel iure canonico vel civili graduate, non ponatur aliqua summa, alioquin ponatur summa, que in litteris aliarum expectationum poni consuevit.

[a] *Wien 5474 folgt* conficiendis

## 54.

Item, quod in litteris conficiendis super gratiis, per quas ipse concederet alicui prelato facultatem[a] conferendi vel reservandi[b] conferenda[c] aliqua beneficia ecclesiastica certis personis per eum eligendis, etiamsi unum vel duo[d] beneficia[e] obtineant[f], et in signatione[g] ponatur „Dum tamen habeant gradum in scientia“[h], intelligatur de illis, qui habent gradum in theologia vel iure canonico aut civili vel sunt[i] in medicina licentiati aut in artibus vel grammatica magistri.

[a] *VL 3983 folgt* concedendi alias
[b] reservandi *Paris 14457* reservanda
[c] conferenda *fehlt Salamanca 2189*
[d] duo *Paris 14457* 2[o]
[e] *Paris 14457 folgt* ecclesiastica
[f] obtineant *Wien 5474* obtineat
[g] signatione *VL 4989* signatura
[h] *VL 3983 folgt* ponatur alias
[i] sunt *fehlt Salamanca 2189*

## 55.

Item, quod[a] super concessione officii[b] tabellionatus ponantur post proprium nomen clerici in salutatione et in forma iuramenti hec verba videlicet „Clerico[c] non coniugato nec in sacris ordinibus constituto“.

[a] quod *fehlt Paris 14457*
[b] officii *fehlt VL 4989*
[c] clerico *fehlt VL 3987, Wien 5474*

## 56.

Item, quod littere[a] super facultatibus per eum quibusvis concedendis de concedendo tabellionatus officio usque ad certum numerum personarum non[b] expediantur, nisi persone huiusmodi fuerint nominate[c] expresse, legatis et nuntiis apostolicis dumtaxat exceptis.

[a] littere *fehlt Berlin 861*
[b] non *fehlt Wien 5474*
[c] nominate *VL 3983* nominatim

## 57.

Item, quod, si aliqui petant eis et aliquibus personis in Cancellaria vel alibi nominandis[a] concedi indulgentias in mortis articulo et ipse signet „Fiat“, non est intentionis sue dictam

indulgentiam concedere[b], nisi personis in supplicatione nominatim expressis, exceptis legatis et nuntiis apostolicis.

[a] nominandis *Paris 14457* declarandis
[b] concedere *fehlt Paris 14457*

**58.**

Item, quod indulgentie concedende per eum visitantibus ecclesias[a] vel pia loca preterquam[b] hospitalia et capellas vel eisdem ecclesiis aut locis elemosinas etiam ad fabricam porrigentibus durent perpetuo, pro hospitalibus vero et capellis dumtaxat per X[c] annos, et quod visitantibus et[d] porrigentibus[e] simul aut visitantibus[f] tantum dentur solum[g] in festivitatibus sequentibus, videlicet VII[h] domini nostri et Iesu Christi et IIII[i] beate Marie virginis, beati[j] Iohannis Baptiste, beatorum Petri et Pauli apostolorum, celebritatis[k] omnium Sanctorum nec non, sub cuius vocabulo ecclesia[l] est fundata, et in dedicatione[m] ipsius ecclesie et in octavis[n] dictarum festivitatum octavas[o] habentium, etiamsi plures vel pauciores peterentur, in singulis[p] videlicet earum[q] C[r] dies et in octavis L[s] et ponatur in hospitalibus et capellis clausula „Volumus, quod, si alias" etc., si tempus indulgentiarum adhuc duret, et etiam in eis et aliis omnibus clausula „Ceterum, quod nullus appropriet[t] sibi oblata[u]" etc.

[a] ecclesias *fehlt VL 3987*
[b] preterquam *VL 3983* preter
[c] X *Berlin 861*, *VL 4989, Salamanca 2189* decem
[d] et *VL 4989* aut
[e] visitantibus - porrigentibus *VL 3987* visitan(tes) et porrigentes
[f] aut visitantibus *fehlt VL 4989, Paris 14457*
[g] solum *fehlt VL 4989, Paris 14457*
[h] VII *Berlin 861, Paris 14457, Salamanca 2189* septem
[i] IIII *Berlin 861* quattuor
[j] beati *VL 3987* sancti
[k] celebritatis *VL 3983* celebrat(is)
[l] ecclesia *fehlt Wien 5474*
[m] dedicatione *Wien 5474* dubitatione
[n] octavis *Salamanca 2189* omnibus
[o] octavas *Paris 14457* ecclesias
[p] *VL 4989 folgt* diebus
[q] earum *Berlin 861*, *VL 4989* eorum
[r] C *VL 3987, VL 4989, Paris 14457* centum
[s] L *VL 4989, Paris 14457* quinquaginta
[t] quod - appropriet *VL 4989* quod nulla appareret
[u] oblata *VL 4989*, *Paris 14457* collata

**59.**

Item, quod in litteris super dispensationibus matrimonialibus conficiendis clausula „Dummodo mulier propter hoc rapta[a] non fuerit“ apponatur[b].

[a] rapta *fehlt Paris 14457; VL 3987* rata
[b] apponatur *fehlt Salamanca 2189*

**60.**

Item, quod in litteris de fructibus percipiendis in absentia non ponatur clausula „Non obstante statuto[a] de prima residentia non[b] facta“, nisi de hoc in petitione vel signatione specialis[c] mentio haberetur, quodque ponatur in eis clausula „Volumus, quod, si alias[d]“ etc., ubi tempus alias super hoc concessum duraret.

[a] statuto *Paris 14457* stato
[b] non *VL 3987* cum
[c] specialis *fehlt VL 4989, Paris 14457*
[d] *RA 327 folgt von zweiter Hand* tibi super percipiendis fructibus beneficiorum tuorum perpetuo vel ad tempus nondum lapsum gratia sit concessa, presentes littere nullius existant roboris vel momenti

**61.**

Item, quod[a], si quis[b] prelatus supplicet super moderato subsidio a suis subditis exigendo certis sibi super hoc executoribus deputatis, per simplicem signationem[c] executores non dentur.

[a] quod *fehlt Berlin 861*
[b] quis *fehlt Paris 14457, Salamanca 2189*
[c] signationem *Salamanca 2189* resignationem

**62.**

(1) Item, quod[a], si provideret ecclesiis[b] cathedralibus etiam metropolitanis consistentibus in ultramarinis partibus de aliquibus personis, in litteris super[c] provisione huiusmodi conficiendis ponatur, quod persone huiusmodi non possint pontificalia extra propriam diocesim exercere, nisi essent[d] canonice[e] electi et[f] per sedem apostolicam seu eorum[g] superiores[h] cessante reservatione confirmati[i] vel per eandem sedem cassata eorum electione provisi.

[a] quod *fehlt VL 4989*
[b] ecclesiis *VL 3987* clericis
[c] super *fehlt VL 3983, VL 4989*
[d] essent *VL 3987* dentur
[e] canonice *VL 4989* canonici
[f] et *fehlt VL 3987*
[g] eorum *fehlt VL 4989*
[h] superiores *VL 4989, Wien 5474* superiorum
[i] confirmati *VL 3987* conformati

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

ATTENTE NOTAM PRO PROVISIONIBUS.

(2) Nota, quod ponitur immediate ante datum in prima littera provisionis ista clausula „Volumus autem, quod tu pontificalia extra propriam diocesim absque licentia sedis predicte speciali nullatenus exercere presumas“. Datum.

## 63.

Item, quod littere super provisionibus ecclesiarum et monasteriorum[a] per sedem apostolicam faciende[b] non tradantur ad bullam[c], nisi prelati, de quarum[d] personis providebitur[e], solitum prestiterint[f] iuramentum, si[g] tempore provisionis huiusmodi[h] in Romana[i] curia existant.

[a] monasteriorum *VL 3987* monitionibus
[b] faciende *RA 327, Wien 5474* faciendis
[c] ad bullam *fehlt Salamanca 2189*
[d] quarum *VL 3983, Paris 14457, Salamanca 2189* quorum
[e] providebitur *Paris 14457* videbatur
[f] prestiterint *fehlt Berlin 861, Wien 5474*
[g] *Berlin 861 folgt* pro
[h] huiusmodi *fehlt Wien 5474*
[i] Romana *fehlt VL 3987*

## 64.

Item, XI kalendas decembris anno II[a][1], ordinavit, quod littere super quibuscumque[b] gratiis de beneficiis vacantibus vel certo modo vacaturis quibusvis personis etiam dominis cardinalibus et familiaribus ipsius[c] domini nostri de cetero etiam motu proprio faciendis[d], in quibus generalis reservatio implicite petitur vel narratur, non expediantur ipso inconsulto cum aliqua mentione[e] huiusmodi reservationis implicite vel dispositive in litteris ipsis facienda, nisi solum de reservatione seu reservationibus in supplicationibus gratiarum huiusmodi dispositive narrata seu narratis, etiamsi petitiones „Ut petitur“ signate fuerint, permutationibus dumtaxat exceptis, quacumque alia ordinatione contraria non obstante, quam alias voluit in suo robore permanere[f].

[1] *1395 November 21.*

[a] XI - II *RA 327(b), VL 4989(b), Paris 14457* eadem die; II *Berlin 861*, *RA 327(a), VL 4989(a)* secundo
[b] quibuscumque *fehlt RA 327(a)*
[c] ipsius *fehlt VL 4989(a)*
[d] faciendis *VL 3983* faciende
[e] mentione *Berlin 861* monitione
[f] permanere *VL 4989(a)* permanentem

## De forma pauperum[a]

[a] De - pauperum *fehlt VL 3983, VL 4989, Paris 14457, Salamanca 2189, Wien 5474*

### 65.

Item, quod omnes[a] et singuli pauperes clerici in forma pauperum impetrare volentes, quibus tituli infrascripti assignati[b] fuerint, possint[c] in eadem forma iuxta ipsorum clericorum sufficientiam collocari[d]: tria bene; duo bene et unum competenter; unum bene, unum competenter[e] et unum debiliter[f]; duo bene et unum male; duo competenter[g] in lectura[h] et constructione et unum male[i] in cantu. In[j] tota Hispania et Vasconia bene legit, competenter construit, nihil cantat; tria competenter[k], duo competenter[l], etiamsi unum sit in cantu ad beneficia sine cura in eisdem Hispania et Vasconia.

[a] omnes *Salamanca 2189* communes
[b] assignati *Salamanca 2189* signati
[c] possint *fehlt Paris 14457*
[d] collocari *Paris 14457* collata
[e] unum bene - competenter *fehlt VL 4989, Salamanca 2189*
[f] *VL 4989 folgt* unum bene unum competenter
[g] competenter *RA 327* competentia
[h] lectura *Salamanca 2189* litteratura
[i] duo competenter – unum male *fehlt Wien 5474*
[j] in *Salamanca 2189* et in
[k] competenter *RA 327* competentia
[l] duo competenter *fehlt Paris 14457;* competenter *RA 327* competentia

### 66.

DAT(A) IN FORMA PAUPERUM.

Datum prime apertionis est III kalendas novembris anno primo[1]. Datum secunde apertionis est kalendis decembris anno primo[2]. Datum tertie apertionis est VI kalendas martii anno primo[3]. Datum quarte apertionis est VIII kalendas aprilis anno primo[a4].

[1] *1394 Oktober 30.*
[2] *1394 Dezember 1.*
[3] *1395 Februar 24.*
[4] *1395 März 25.*

[a] *Layoutendnote*

### 67.

Item, quod gratie[a] in forma pauperum ad[b] beneficia extra civitatem et diocesim, in quibus ipsi collocati[c] fuerint, consistentia nullatenus extendantur et quod nullus eorum extra[d] suam provinciam valeat impetrare, nisi ibidem moram traxerit per sex[e] annos et intendat perpetuo commorari, secus in gratia speciali, que[f] ubilibet extendatur[g], etiamsi non petatur, nisi per supplicationem aut signationem de contrario appareret.

---

[a] gratie *Wien 5474* beneficia
[b] ad *Wien 5474* et
[c] collocati *Paris 14457* collati
[d] eorum extra *fehlt Salamanca 2189*
[e] sex *VL 3983* VI
[f] que *Berlin 861*, *VL 3987, VL 4989, Paris 14457, Wien 5474* quia
[g] extendatur *Berlin 861, VL 3987, Wien 5474* extenduntur*; RA 327, VL 4989, Paris 14457* extenditur

---

**68.**

Item, quod, si contingat ipsum aliquam[a] gratiam expectativam factam renovari[b], ponatur summa antique gratie, que renovari[c] mandatur, nisi summa huiusmodi excedat summam[d] in simili forma dari consuetam vel nisi esset gratia ipsa sine summa[e], et quod in expectationibus de[f] dignitatibus, personatibus[g] vel officiis in aliqua ecclesia vacaturis non ponatur aliqua taxa, nisi in supplicatione vel responsione[h] poneretur, secus si ad collationem etc. alicuius[i] petatur, quia tunc ponatur[j] taxa dari consueta.

---

[a] aliquam *VL 4989* alicui
[b] renovari *Berlin 861*, *VL 4989, Salamanca 2189* revocari
[c] renovari *Berlin 861, Salamanca 2189, Wien 5474* revocari
[d] summam *Berlin 861* summa
[e] dari – summa *fehlt Berlin 861;* summa *Wien 5474* sua
[f] de *fehlt VL 3987; VL 4989* et
**120.**

Item, quod, si quis impetrans in forma communi perdiderit supplicationem suam et[a] asserat in ea non[b] obstantias suas expressisse, possit super hoc deferre iuramento[c] dicti impe-

trantis[d] et cum sumpto de registro et mentione dictarum non[e] obstantiarum eius litteras[f] expedire.

---

[a] et *VL 3987* ut
[b] non *fehlt VL 3983, VL 4989, Paris 14457*
[c] iuramento *fehlt VL 4989; Wien 5474* iuramentum
[d] dicti impetrantis *Wien 5474* dicto impetranti
[e] non *fehlt VL 4989, Paris 14457*
[f] litteras *Wien 5474* littere

**121.**

Item, quod defectum natalium patientibus[a], qui ante obtentam dispensationem fuerunt in forma communi examinati seu collocati aut quarum gratiarum date datam[b] huiusmodi dispensationis antecedent, possit de novo super gratiis eorum dare litteras de data[c] sequenti datam[d] dicte dispensationis[e], ita quod tales gratie propterea subreptitie minime[f] reputentur.

---

[a] patientibus *Salamanca 2189* pascientibus
[b] datam *Berlin 861* datum
[c] litteras - data *VL 3987* litterarum de dicta
[d] datam *VL 3987* date
[e] antecedent – dispensationis *fehlt Salamanca 2189*
[f] minime *Salamanca 2189* nunc

**122.**

Item, quod possit dominis cardinalibus concedere[a] plenam[b] remissionem[c] peccatorum in mortis articulo, altare portatile et ante diem ac in locis interdictis et eligendi[d] confessorem ac testandi et dandi[e] indulgentias centum[f] dierum et privilegia de fructibus percipiendis[g] pro familiaribus eorum et alia in eorum novis[h] creationibus[i] per Cancellariam eis dari consueta, ut[j] in forma.

---

[a] concedere *fehlt Berlin 861*
[b] plenam *Paris 14457* plenariam
[c] *VL 3987 folgt* omnium
[d] eligendi *VL 3983* eligere
[e] et dandi *fehlt Berlin 861*
[f] centum *VL 3983*, *VL 3987* C
[g] percipiendis *VL 3987* participiendis
[h] novis *fehlt Wien 5474*
[i] creationibus *Salamanca 2189* traditionibus
[j] ut *VL 3987* ac

**123.**

Item, quod patriarchis[a], archiepiscopis, episcopis[b] et electis[c] testandi ac[d] celebrandi ante diem et in locis interdictis ac per alium ecclesias et cimiteria suarum civitatum et dio-

cesum[e] per sanguinis vel seminis[f] effusionem polluta reconciliari facere ad biennium, quotiens opus fuerit, licentiam concedere et litteras super commendis[g] prefatis[h] patriarchis de ecclesiis[i] cathedralibus factis vel faciendis ad eorum vitam expedire[j] possit.

[a] quod patriarchis *Wien 5474* patriarchales
[b] episcopis *fehlt Salamanca 2189*
[c] electis *RA 327* electos*; VL 3987* clericis
[d] ac *VL 4989* ut
[e] et diocesum *fehlt VL 3987*
[f] vel seminis *fehlt Salamanca 2189*
[g] commendis *VL 3987* concedend(is)
[h] commendis prefatis *Salamanca 2189* commenda prefacta
[i] de ecclesiis *fehlt Salamanca 2189*
[j] expedire *VL 3987* facere

**124.**

Item, quod possit omnibus electis et abbatibus ad quecumque cathedrales ecclesias et monasteria per eundem dominum nostrum promovendis[a] et a[b] curia absentibus concedere, ut ipsi, a quocumque maluerint catholico antistite, munus consecrationis seu benedictionis recipere[c] valeant, ut in forma.

[a] promovendis *VL 3983* providend(as)*; VL 3987* promovendas
[b] et a *VL 3983* ac; *VL 4989 folgt* Romana
[c] recipere *VL 3987* tempore

**125.**

Item, quod de[a] scriptoribus et abbreviatoribus litterarum apostolicarum, an parificentur[b] in omnibus licentiatis vel baccalariis in iure canonico vel civili quoad prerogativas per regulas Cancellarie eis concessas[c], possit ponderatis meritis, sufficientiis et statibus[d] personarum eorundem facere et ordinare libere[e], prout sibi videbitur faciendum, et idem de[f] nobilibus ex utroque vel altero[g] parente militaribus[h] procreatis.

[a] de *fehlt Wien 5474*
[b] parificentur *VL 3987* purificentur
[c] eis concessas *fehlt Berlin 861*
[d] statibus *Wien 5474* meritis
[e] libere *VL 3987* libro
[f] idem de *Wien 5474* ibidem
[g] vel altero *fehlt Wien 5474*
[h] militaribus *Salamanca 2189* militantibus

**126.**

Item, quod possit eisdem[a] scriptoribus et abbreviatoribus eorum officiis insistendo ad tempus, de quo sibi videbitur, licentiam concedere de fructibus percipiendis.

[a] eisdem *fehlt Wien 5474*

## 127.

Item, quod possit committere[a] examen ad partes pro quibuscumque impetrantibus ultra unam dietam[b] a curia existentibus, dum sibi videbitur expedire, ita[c] quod de sufficientia impetrantis et iudicis informatio[d] recipiatur[e].

[a] committere *VL 3987* amittere
[b] ultra - dietam *Wien 5474* etiam infra duas dietas
[c] ita *Berlin 861* item
[d] informatio *VL 4989* in forma
[e] informatio recipiatur *Berlin 861* impetratio fiat

## 128.

Item, quod possit omnes causas beneficiales etiam non devolutas committere infra curiam cum potestate citandi ad partes et omnia alia per illos, qui in officio processerunt[a], fieri consueta facere absque alio specialiori[b] mandato.

[a] processerunt *RA 327*, *VL 3987* precesserunt
[b] specialiori *VL 4989* speciali

## 129.

| *Alle anderen Textzeugen.* | *Wien 5474.* |
|---|---|
| Item, quod possit dominis cardinalibus presentibus et futuris concedere, quod possint ecclesias, monasteria et alia loca ac personas ecclesiasticas in archidiaconatibus[a] et aliis beneficiis ecclesiasticis suis etiam eis commendatis[b] consistentes[c], in quibus eis visitationis officium competit de consuetudine vel de iure, usque ad triennium per personam idoneam, quotiens tempus visitationis ingruerit, visitare et procurationes inde debitas[d] in pecunia numerata[e] recipere, ut in forma, non obstantibus inhibitionibus[f], reservationibus apostolicis contrariis qui- | Item voluit idem dominus Benedictus, quod dominis cardinalibus possit dare licentiam visitandi etiam commendata per se vel alium etc. latius in libro Cancellarie. |

| | |
|---|---|
| buscumque. | |

Concessis de quinquennio, kalendis augusti anno nono[1], in Ponte Sorgie[g2].

[1] *1403 August 1.*
[2] *Sorgues, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*

[a] archidiaconatibus *VL 3983* archipresbiteratu
[b] etiam - commendatis *fehlt RA 327*
[c] consistentes *VL 4989* consistentibus
[d] inde debitas *VL 3983* indebitas*; VL 4989* eis debitas
[e] *Berlin 861 folgt* inde
[f] inhibitionibus *fehlt VL 3983*
[g] Concessis - Sorgie *RA 327 am rechten Rand*

## De Clementis VII tangentibus familiares dominorum cardinalium et ipsius domini nostri[a1]

---

[1] *Unter dieser Überschrift folgen in VL 3983 die Nr. 2, 3, 4, 5(1), 6, 8, 9, 12, 14, 158(2), 19, 25, 28, 30, 31, 32, 33, 35, 38, 39, 42, 47, 57, 59, 106, 110, 111, 113, 148, 149 von Clemens VII. und in Berlin 861 die Nr. 2, 3, 4, 5(1), 6, 8, 9; in Wien 5474 folgt ohne Überschrift die Nr. 106.*

[a] De - nostri *fehlt VL 3987, VL 4989, Paris 14457, Wien 5474;* et - nostri *fehlt Berlin 861*

### 130.

QUEDAM ORDINATIO FACTA SUPER ROTULO CORONATIONIS[a].

Primo, quod graduati et nobiles etiam religiosi, qui iam sunt signati, maneant, ut sunt, sive presentes sive absentes, videlicet presentes secundum datam presentium, absentes secundum datam absentium, non graduati et non nobiles, qui fuerunt tunc presentes, maneant, ut sunt; in ceteris vero a predictis nullus expediatur sub forma „Dignum arbitramur", quando autem[b] venerint, dum tamen citra[c] festum beati Iohannis Baptiste[1] habeant datas suas secundum primam apertionem et secundum titulos suos, videlicet quod omnes primi tituli habeant primam datam, omnes secundi tituli habeant secundam datam et sic[d] deinceps, et erunt examinatores domini corrector et presidens. Item graduati, exceptis[e] baccalariis in artibus, qui habuerunt gratias in forma pauperum, possint habere in forma speciali et sub data graduat(i) absen(tis) in rotulo coronationis etc.

[1] *Juni 24.*

[a] Quedam - coronationis *RA 327*
[b] autem *fehlt VL 3983*
[c] citra *RA 327* circa
[d] sic *fehlt RA 327*

[e] exceptis *RA 327* excepti

## 131.

Item voluit dominus Benedictus, quia tarde fuerunt signati rotuli, et medio tempore impetra(n)t(es) benefic(ii) nec de expect(ativa) facien(tes) mentionem non fuerunt in culpa.

## 132.

Die XVII octobris[1] precepit mihi I‹ohanni›[2] cardinalis Vivariensis sancte Romane ecclesie vicecancellarius, quod amodo in Cancellaria expediantur supplicationes per eum signate etc., si non signatum illud verbum „Sine alia lectione“, ac si per ipsum signatum per „Fiat“[a].

[1] *(1403?) Oktober 17*.
[2] *Johannes de Broniaco.*

[a] *Layoutendnote*

## 133.

Benedictus. Ad futuram rei memoriam. Dudum felicis recordationis Clemens papa VII predecessor noster cupiens de beneficiis ecclesiasticis ecclesie et civitatis Avinionensis, in qua cum sua curia residebat, personis idoneis, que beneficiis ipsis laudabiliter deservient, providere, omnes canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, administrationes et officia ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura in ecclesia ac civitate predictis consistentia ad quorumcumque collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem pertinentia tunc vacantia et in posterum vacatura collationi et dispositioni sue reservavit[1]. Nosque olim ipsius predecessoris in hac parte vestigiis inherendo intendentes de huiusmodi beneficiis per apostolice sedis providentiam ordinare omnes canonicatus et prebendas ac dignitates, personatus, administrationes et officia ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura in ecclesia ac civitate predictis consistentia ad quorumcumque collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem pertinentia tunc vacantia et in posterum vacatura collationi et dispositioni nostre, videlicet IIII idus septembris pontificatus nostri anno primo[2], duximus reservanda, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ne

[1] *Vgl. Clemens VII. Nr. 122*.
[2] *1395 September 10. Vgl. oben Nr. 13*.

autem de reservatione et decreto huiusmodi nostris valeat in posterum hesitari, illud fecimus presentibus annotari. Nulli ergo etc. Datum Avinione, IIII nonas maii anno tertio[a3].

[3] *1397 Mai 4.*

[a] *Layoutendnote*

**Nove constitutiones edite[a] anno decimo[b1]**

[1] *1403 Oktober 11 – 1404 Oktober 10*.

[a] *VL 3983, VL 4989 folgt* de
[b] Nove - decimo *fehlt Berlin 861(a);* edite - decimo *Berlin 861(b)* domini Benedicti XIII anno decimo*; Reims 771* domini Benedicti XIII; decimo *RA 327* X*; VL 4989 folgt* super retractione

**134.**

Dominus noster dominus Benedictus papa XIII, IIII[a] idus octobris pontificatus sui anno decimo[b1], voluit et ordinavit, quod per quascumque concessiones[c] gratiarum sub data III[d] idus octobris pontificatus sui anno primo[2] vel alia quacumque[e] quibusvis familiaribus dominorum cardinalium, regum, ducum, comitum vel magnorum baronum per retrotractionem[f] factas[g] non preiudicetur aliis familiaribus alicuius ex eisdem, qui[h] per prius sine retrotractione[i] in ipsorum rotulis principalibus obtinuerunt gratias expectativas ab eodem domino nostro[j], quibus non preiudicaretur, si predicte concessiones[k] seu gratie in[l] rotulis predictis et sub data rotulorum ipsorum expedite et signate fuissent, sed, quod concurrant[m], postponantur et preferantur illis, cum quibus concurrerent et quibus[n] preferentur et postponerentur[o], si in rotulis principalibus illorum, quorum familiares existunt, gratias seu concessiones huiusmodi obtinuissent.

Presentata Massilie[3], XXV die aprilis anno X[p4].

[1] *1403 Oktober 12.*
[2] *1394 Oktober 13.*
[3] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[4] *1404 April 25*.

[a] IIII *VL 4989* quarto*; Wien 5474* III
[b] decimo *RA 327, VL 3983* X
[c] concessiones *Paris 14457* constitutiones
[d] III *VL 4989* tertio
[e] quacumque *Berlin 861(a+b)* quocumque
[f] retrotractionem *Wien 5474* retroactionem
[g] factas *VL 4989* factum
[h] qui *Paris 14457* que
[i] retrotractione *Wien 5474* retroactione
[j] *Berlin 861 folgt* papa

[k] concessiones *Paris 14457* constitutiones
[l] gratie in *fehlt Wien 5474*
[m] sed - concurrant *Reims 771* secundum quod occurrerit
[n] quibus *fehlt Reims 771*
[o] et postponerentur *fehlt Wien 5474*
[p] Presentata - X *RA 327 am linken Rand*

## 135.

NON INTELLI(GI)TUR NISI DE FACTIS[a].

Item[b] voluit et ordinavit, quod[c] per[d] huiusmodi concessiones per retrotractionem[e] quibuscumque personis factas non preiudicetur veris familiaribus dominorum cardinalium in eorum primo rotulo descriptis, veris familiaribus et officiariis regum, ducum, comitum vel magnorum baronum in eorum rotulis principalibus insertis nec eorum filiis, fratribus[f] vel nepotibus, licet non sint in eisdem rotulis collocati.

[a] Non - factis *Reims 771*
[b] *RA 327 folgt* idem dominus noster
[c] quod *fehlt Wien 5474*
[d] per *fehlt VL 4989*
[e] retrotractionem *Wien 5474* retroactionem
[f] fratribus *fehlt Wien 5474*

## 136.

Item voluit et ordinavit, quod per quascumque concessiones gratiarum quibusvis personis per retrotractionem factas non preiudicetur aliis[a], qui ab ipso perantea gratias[b] sine retrotractione sub minori data obtinuerant, nisi persone huiusmodi, que per retrotractionem gratias obtinuerunt, essent maioris gradus scientie vel status[c] nobilitatis, salvis ordinationibus supradictis. Nobiles autem, scilicet[d] filios, fratres vel nepotes ducum, comitum et magnorum baronum, licentiatis in iure equiparari voluit in hac parte[1].

[1] *Zur Datierung vgl. unten Nr. 218.*

[a] aliis *VL 4989* vel
[b] gratias *fehlt Paris 14457*
[c] vel status *VL 4989* status aut
[d] scilicet *Berlin 861* si

## 137.

Item, Massilie[1], die prima iunii anno decimo[a2], dominus vicecancellarius[3] retulit pro parte domini nostri pape, quod idem dominus noster vult et intendit uti[b] omnibus et singulis re-

[1] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*

servationibus generalibus, quibus dominus Clemens eius predecessor usus fuit, salvis reservationibus[c] per ipsum dominum nostrum factis, et id precepit[d] scribi in regulis Cancellarie.

---

[2] *1404 Juni 1*.
[3] *Johannes de Broniaco*.

---

[a] decimo *RA 327* X
[b] *VL 3983 folgt* similibus
[c] reservationibus *VL 3983* restitutionibus
[d] precepit *RA 327* precipit

**138.**

Item voluit et ordinavit, quod gratie expectative dicto anno decimo[a1] durante per ipsum concedende et signande habeantur perinde, ac[b] si essent datate[c] sub data pontificatus sui[d] anno primo[2], ita videlicet quod illi, qui[e] gratias expectativas sub data pontificatus sui[f] anno decimo[g3] dicto anno durante obtinebunt, concurrant, postponantur et preferantur secundum ordinem date et[h] prerogativas personarum illis, qui sub data pontificatus sui anno primo gratias expectativas obtinuerunt[i] et qui litteras et processus super huiusmodi[j] gratiis fieri fecerunt vel facient infra annum a tempore publicationis constitutionis presentis, salvo quod in paritate[k] date et prerogativarum illi, qui obtinuerunt gratias expectativas sub data pontificatus sui[l] anno primo, preferantur illis, qui nunc sub data pontificatus sui anno decimo[m] gratias huiusmodi obtinebunt, et salvis aliis ordinationibus supra et infra scriptis.

Presentata die XXV mensis septembris anno X[n4].

---

[1] *1403 Oktober 11 – 1404 Oktober 10.*
[2] *1394 Oktober 11 – 1395 Oktober 10.*
[3] *1403 Oktober 11 – 1404 Oktober 10.*
[4] *1404 September 25.*

---

[a] decimo *RA 327, Paris 14457* X
[b] ac *fehlt Berlin 861(b)*
[c] datate *VL 3983*, *Paris 14457* date
[d] pontificatus sui *RA 327* seu pontificatus
[e] qui *fehlt Wien 5474*
[f] sui *fehlt Berlin 861(a)*
[g] decimo *RA 327, Paris 14457* X
[h] *Reims 771 folgt* per
[i] illis – obtinuerunt *fehlt VL 4989*
[j] super huiusmodi *Berlin 861(b)* sub huius
[k] paritate *VL 4989* prioritate
[l] sui *fehlt Berlin 861(a)*
[m] decimo *RA 327, VL 3983, Paris 14457* X
[n] Presentata - X *RA 327 am linken Rand*

**139.**

Item voluit et ordinavit, quod per concessiones gratiarum sub data III[a] idus octobris pontificatus sui anno primo[1] vel alia quacumque quibusvis personis[b] per retrotractionem[c] factas seu concessas non preiudicetur illis, qui nunc dicto anno decimo[d2] durante sub data pontificatus sui anno decimo[e] gratias expectativas obtinebunt, quibus non preiudicaretur, si sub eadem data pontificatus sui anno primo[3] gratias huiusmodi obtinuissent, sicut supra est expressum de illis, qui huiusmodi gratias sub data pontificatus sui anno primo[f] obtinuerunt.

---

[1] *1394 Oktober 13.*
[2] *1403 Oktober 11 – 1404 Oktober 10.*
[3] *1394 Oktober 11 – 1395 Oktober 10.*

---

[a] III *fehlt Wien 5474*
[b] personis *fehlt Berlin 861(b)*
[c] retrotractionem *Wien 5474* retroactionem
[d] decimo *RA 327, Paris 14457, Reims 771* X
[e] decimo *RA 327, Paris 14457, Reims 771* X
[f] gratias huiusmodi – primo *fehlt Berlin 861(a)*

## 140.

Item voluit et ordinavit, quod omnes et singuli, qui ab eo sub domini cardinalis Tirasonensis[a1] vel cuiuscumque alterius sigillo gratias obtinuerunt, nisi ipsius domini nostri[b] familiares[c] aut, qui cum[d] eo tempore subtractionis[2] in Palatio apostolico remanserunt, vel filii, fratres aut nepotes laicorum, qui cum eo, ut premittitur, remanserunt[e], fuerint[f], litteras apostolicas sub[g] ipsius domini nostri bulla[h] super gratiis huiusmodi infra sex menses a[i] tempore publicationis presentis constitutionis computandos facere teneantur, alioquin gratie ipse huiusmodi lapso termino nullius existant roboris vel momenti.

Presentata Massilie[3], XXII die septembris anno decimo[j4].

---

[1] *Ferdinandus Perez Calvillo*.
[2] *1398 Juli 31/August 1 - 1403 Mai 28*.
[3] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[4] *1404 September 22*.

---

[a] Tirasonensis *Reims 771* Tarasconensis *(= Tarascon)*
[b] *VL 3983*, *RA 327 folgt* pape
[c] *Berlin 861 folgt* fuerint
[d] cum *Berlin 861(a), Wien 5474* ab
[e] remanserunt *Paris 14457* remansi
[f] fuerint *fehlt Reims 771*
[g] sub *VL 3983, Reims 771* super
[h] *VL 3983, RA 327, Wien 5474 folgt* pape
[i] a *fehlt Wien 5474*
[j] Presentata - decimo *RA 327 am linken Rand*

## 141.

Item, cum[a] idem dominus noster hodie voluerit et ordinaverit, quod gratie expectative anno[b] presenti durante per ipsum concedende et signande habeantur, ac si forent datate[c] de[d] anno primo sui pontificatus, et nonnulli de data anni primi huiusmodi[e] pontificatus[1] gratias expectativas habuerint, qui non curaverunt neque curant gratias huiusmodi prosequi[f] seu litteras apostolicas super eis facere[g] expediri, et[h] per hoc quodam[i] modo[j] videantur gratias huiusmodi contempsisse et habere pro derelictis, voluit idem dominus noster et etiam ordinavit[k], quod omnes et singuli, qui sub data anni primi predicti ab eo gratias huiusmodi obtinuerunt, teneantur infra annum a tempore publicationis presentis constitutionis litteras super eis facere expediri, alias ipso iure earundem careant commodo gratiarum. Et idem voluit de illis, qui anno presenti gratias expectativas obtinebunt[l].

Publicata ut precedens[m2].

---

[1] *1394 Oktober 11 – 1395 Oktober 10.*
[2] *(1404 September 22).*

---

[a] cum *Berlin 861(a)* quod cum
[b] *Reims 771 folgt* X
[c] datate *Paris 14457* date
[d] de *fehlt Wien 5474*
[e] huiusmodi *fehlt Paris 14457*
[f] prosequi *fehlt Berlin 861(a)*
[g] facere *VL 3983* facte
[h] et *Paris 14457* aut
[i] quodam *Paris 14457* quod
[j] quodam modo *fehlt Wien 5474*
[k] et etiam ordinavit *fehlt Wien 5474*
[l] obtinebunt *Wien 5474* obtinebant
[m] Publicata, ut precedens *RA 327 am linken Rand*

## 142.

Item, voluit et ordinavit, quod omnes illi, qui obtinuerunt gratias expectativas sub data pontificatus sui anno primo[1] et quorum gratie huiusmodi fuerunt consumpte vel extincte et qui obtinuerunt sub eadem data vel alia reformationem[a], postponantur illis, qui nunc dicto anno durante et sub data anni decimi[b2] gratias[c] expectativas obtinebunt.

---

[1] *1394 Oktober 11 – 1395 Oktober 10.*
[2] *1403 Oktober 11 – 1404 Oktober 10.*

---

[a] reformationem *Reims 771* reformatione postponantur
[b] decimi *Paris 14457, Reims 771* X
[c] gratias *fehlt VL 3983*

## 143.

Item voluit et ordinavit, quod omnes illi, qui obtinuerunt ab ipso gratias expectativas sub data pontificatus sui anno primo[1] et qui fecerunt fieri bullas et processus super[a] dictis gratiis ante tempus subtractionis et tempore subtractionis[b2] huiusmodi durante[c] beneficia acceptaverunt et de eis fecerunt sibi provideri et illa fuissent consecuti cum effectu, nisi obstitisset subtractio, quod gratie huiusmodi, si[d] velint illis[e] uti, perinde valeant, ac si non acceptassent, et quod preferantur omnibus illis, qui nunc sub data dicti anni decimi[f] gratias expectativas[g] obtinebunt.

[1] *1394 Oktober 11 - 1395 Oktober 10*.
[2] *1398 Juli 28/August 1 - 1403 Mai 28*.

[a] super *Berlin 861(a), Paris 14457* sub
[b] subtractionis *fehlt Reims 771*
[c] et tempore - durante *Berlin 861(b)* huiusmodi subsecuta est durante
[d] si *Wien 5474* se
[e] illis *fehlt Berlin 861*
[f] decimi *Paris 14457* X
[g] expectativas *fehlt Reims 771*

## 144.

Item voluit et ordinavit, quod gratie expectative etiam per retrotractionem[a] veris familiaribus vel officiariis suis actu[b] eorum officiis insistentibus concesse et concedende secundum ordinem[c] date plenum sortiantur effectum, ordinationibus premissis nequaquam obstantibus, per quas eisdem familiaribus vel officiariis noluit in aliquo derogari.

[a] retrotractionem *Berlin 861(b)* retractionem*; Wien 5474* retroactionem
[b] actu *VL 3983* ac cum
[c] officiis – ordinem *fehlt Berlin 861(a)*

## 145.

Item voluit et ordinavit[a], quod a cetero non ponatur in supplicationibus „Sine alia lectione“ et quod dominus[b] vicecancellarius possit committere examen in partibus[c].

[a] et ordinavit *fehlt Paris 14457*
[b] dominus *fehlt Berlin 861(a+b), VL 4989, Paris 14457, Reims 771; VL 3983* dictus
[c] in partibus *Berlin 861(b)* ad partes

## 146.

BENEFICIA PER DISPENSATIONEM OBTENTA SUNT RESERVATA[a].

| | | |
|---|---|---|
| *IM 5245(a).* | *IM 5245(b).* | *Berlin 861, RA 327, VL 3983, VL 4989, Paris 14457, Reims 771, Wien* |

| | | |
|---|---|---|
| | | *5474.* |
| Item dominus noster papa, XI kalendas decembris pontificatus sui anno secundo, reservavit et declaravit sue intentionis esse | Item[b] dominus noster papa[c], IIII[d] idus octobris pontificatus sui anno decimo[e1], | |
| | cum aliquibus dubitaretur et in dubium vertaretur, an sub reservatione sua suprascripta[2] continerentur seu comprehenderentur solum beneficia, que prius obtinebant, super quibus dispensatur, ut possint cum incompatibilibus noviter collatis retineri, an tantum noviter collata, super quibus dispensatur, ut possint obtineri cum prius habentis incompatibilibus, an utraque et eis connexa seu connexa, ut sunt canonicatus et prebende dignitatibus, administrationibus et personatibus etiam unitis in eadem ecclesia, declaravit sue intentionis fuisse super premissis esse omnia | Sallone[3], |

[1] *1403 Oktober 12.*
[2] *= IM 5245(a).*
[3] *Salon-de-Provence, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*

| | | |
|---|---|---|
| | beneficia huiusmodi tam retenta quam noviter obtenta sub dicta generali sua reservatione comprehendi et ea reservavit. Voluit tamen, quod presens declaratio ad vacatura et vacaturum tantum se extendat. | |

| | |
|---|---|
| *IM 5245(a)* | *Berlin 861, RA 327, VL 3983, VL 4989, Paris 14457, Reims 771, Wien 5474* |

omnes prioratus, dignitates, personatus, administrationes et officia[f] ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia ordinum quorumcumque cum cura et sine cura, qualiacumque forent, ad invicem incompatibilia, que tunc quecumque persone ex dispensatione apostolica[g] insimul obtinebant seu obtinerent in posterum

| | |
|---|---|
| fore reservata, | |

licet neutrum dictorum beneficiorum, antequam vigore dispensationis huiusmodi[h] sic[i] ab eadem persona obtineretur, generaliter reservatum existeret

| | |
|---|---|
| . | , nec non canonicatus et prebendas[j], quos persone ipse una cum eisdem beneficiis incompatibilibus in ecclesiis, in quibus beneficia ipsa consistunt, tunc obtinebant et in posterum obtinerent, ex tunc in antea vacatura collationi et dispositioni sue reservavit. |

[a] Beneficia - reservata *Reims 771; IM 5245(a)* Iam est alia supra; *IM 5245(b)* De materia supra proxime
[b] Item *fehlt Reims 771*
[c] papa *fehlt IM 5245*
[d] IIII *Wien 5474* III
[e] decimo *RA 327, Paris 14457, Reims 771* X
[f] officia *fehlt IM 5245(a)*
[g] apostolica *VL 4989* ex(emplifi)cat
[h] huiusmodi *fehlt Paris 14457*
[i] sic *VL 4989* si; *Wien 5474* sit
[j] prebendas *VL 3983* prebende

## 147.

POSSESSIONIS IPSIUS EXPRIMEN(DE)[a].

Item idem dominus noster, XV[b] kalendas novembris anno decimo[c1], voluit et ordinavit, quod supplicantes[d] de quibuscumque beneficiis tamquam de vacantibus teneantur facere mentionem de possessoribus seu detentoribus dictorum beneficiorum, si ultra duos menses tenuerint, alias gratia sit subreptitia et invalida ipso iure.

Presentata Massilie[2], die XXV septembris anno decimo[e3].

---

[1] *1403 Oktober 18.*
[2] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[3] *1404 September 25*.

---

[a] Possessionis - exprimende *VL 4989*
[b] XV *VL 4989* decimo*; Paris 14457* quintodecimo
[c] decimo *RA 327, VL 3983* X
[d] supplicantes *Berlin 861(b), Wien 5474* supplicationes
[e] Presentata - decimo *RA 327 am linken Rand*

**148.**

Item, eodem anno, XVIII[a] kalendas decembris[1], Massilie[2], ordinavit, quod, si ordinarii, qui ab eo ante tempus subtractionis[b] obedientie[c] habuerunt facultatem conferendi certa beneficia sub[d] certo[e] numero vel nominandi certas personas et quod persone[f] huiusmodi[g] alternis[h] vicibus cum apostolicis[i] concurrerent, contulerint illis personis vel aliis[j] tempore subtractionis[3] beneficia, que[k] sub dicta nominatione poterant cadere vel comprehendi, illa[l] eis in numero predicto computentur, etiamsi beneficia generaliter vel specialiter forent reservata. Non est tamen intentionis domini nostri, quod per hoc prefatis nominatis sit ius in beneficiis reservatis[m] huiusmodi acquisitum[n].

---

[1] *1403 November 14*.
[2] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[3] *1398 Juli 31/August 1 - 1403 Mai 28*.

---

[a] XVIII *Berlin 861* decimo octavo
[b] tempus subtractionis *Berlin 861(a), VL 4989, Paris 14457* subtractionem
[c] obedientie *fehlt Reims 771*
[d] sub *fehlt Berlin 861(b)*
[e] *Berlin 861(a) folgt* modo
[f] persone *VL 4989* personis
[g] huiusmodi *fehlt Berlin 861(a)*
[h] alternis *Berlin 861* alterius*; VL 4989* alternatis
[i] cum apostolicis *Reims 771* contra litteras facultatis ante substractionem concessas*;* apostolicis *fehlt VL 4989*
[j] aliis *VL 4989* alias
[k] que *Berlin 861(b)*, *VL 4989* qui
[l] illa *Reims 771* quod illa
[m] reservatis *VL 3983* reservatum
[n] etiamsi – acquisitum *fehlt Berlin 861(a+b), RA 327, VL 4989, Paris 14457, Reims 771, Wien 5474*

## 149.

Item - cum olim dominus[a] Clemens papa VII, videlicet II[b] idus februarii pontificatus sui anno sextodecimo[c1], voluerit et ordinaverit, quod omnes prioratus, dignitates, personatus[d], officia, canonicatus et prebende ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura, etiamsi ad illa consuevissent qui per electionem assumi, de quibus per eum seu eius auctoritate personis aliquibus provisum fuerat aut provideretur, assignata super eorum fructibus pensione annua per dictas personas eis, qui illa resignaverant aut resignarent vel iuri[e] eis in illis[f] competenti illis renuntiaverant[g] seu renuntiarent[h] persolvenda, si ante resignationem[i] seu renuntiationem huiusmodi erant dispositioni sue[j] generaliter vel specialiter reservata, tam illa ex eis tunc[k] vacantia quam in posterum vacatura ex[l] eisdem personis reservata existerent sicut prius - prefatus dominus noster dominus Benedictus papa XIII, Massilie[2], IIII nonas martii pontificatus sui anno decimo[m3], declaravit sue intentionis[n] a tempore sue assumptionis fuisse et existere, quod omnes prioratus, dignitates, personatus, administrationes et alia beneficia supradicta per ipsum dominum Clementem aliis[o] collata[p], assignata dictis resignantibus certa pensione, ut prefertur, tunc[q] vacantia et in antea vacatura fuisse et esse reservata.

---

[1] *1394 Februar 12; = Clemens VII. Nr. 181.*
[2] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*
[3] *1404 März 4.*

---

[a] dominus *fehlt VL 4989*
[b] II *VL 4989* IIII*; Wien 5474* pridie
[c] sexto decimo *RA 327, Paris 14457* XVI
[d] personatus *fehlt VL 4989*
[e] iuri *VL 4989* iuris
[f] eis in illis *VL 3983* in eis; *Reims 771* eis
[g] aut resignarent – renuntiaverant *fehlt Wien 5474*
[h] renuntiarent *VL 4989* resignarent
[i] resignationem *Berlin 861(b)* reservationem
[j] sue *VL 4989* apostolice
[k] tunc *fehlt VL 4989*
[l] ex *VL 3983* et
[m] decimo *RA 327, Paris 14457, Reims 771* X
[n] sue intentionis *fehlt Berlin 861(b)*
[o] aliis *VL 3983* alias
[p] collata *Berlin 861(b)* collocata
[q] tunc *fehlt Berlin 861(b)*

## 150.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Item dominus noster, Massilie[1], IIII nonas martii pontificatus sui anno decimo[a2], voluit et ordinavit, quod XII[b] loca presbiteralia ecclesie Gerundensis[3] non possint conferri nisi licentiatis in theologia, iure canonico vel civili vel constitutis in maiori gradu nec per alios obtineri.

[1] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *1404 März 4*.
[3] *Gerona, Katalonien, Spanien*.

[a] decimo *RA 327, Paris 14457, Reims 771* X
[b] XII *VL 4989* duodecim

**151.**

LITTERIS NON EXPEDITIS[a].

Ceterum quoniam idem dominus noster plerisque concessit[b] novas provisiones, confirmationes, surrogationes „Si neutri" aut alias gratias super certis[c] beneficiis, quorum aliqui in supplicando nonnulla[d] se sponte obtulerunt aut dominus noster aliqua illos voluit[e] beneficia ecclesiastica dimissuros in[f] eventum, ac[g] persone ipse vel nonnulle earum pretextu[h] concessionum[i] huiusmodi alias forsan ius in beneficiis non habentes[j] litteris apostolicis super huiusmodi concessionibus non confectis possessiones beneficiorum retineant[k] vel possessores fatigare conentur[l] aut, ne[m] beneficia, que se obtulerunt vel que idem dominus noster ipsos voluit dimissuros, ut prefertur, dimittant, non curent[n] super concessionibus huiusmodi litteras apostolicas facere expediri, voluntati dicti[o] domini nostri[p], quantum est[q] in eis, illudentes, ad evitandum predictas et consimiles fraudes idem dominus noster, VII kalendas maii[r] anno decimo[s1], voluit et ordinavit, quod omnes et singuli, qui iam ab eo gratias huiusmodi obtinuerunt, infra sex menses ex nunc in antea et, qui[t] similes in posterum obtinebunt, infra sex alios menses[u] a data concessionum ipsarum computandos litteras apostolicas super concessionibus ipsis facere teneantur, alioquin gratie ipse seu concessiones nullius sint roboris vel momenti.

Presentata Massilie[2], die XXV aprilis anno X[v3].

[1] *1404 April 25*.
[2] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[3] *1404 April 25.*

[a] Litteris - expeditis *VL 4989*
[b] concessit *Paris 14457* concessis
[c] certis *VL 3983* ceteris
[d] nonnulla *fehlt Reims 771*
[e] voluit *fehlt Wien 5474*

[f] in *fehlt Wien 5474*
[g] ac *Reims 771* quod
[h] pretextu *VL 3983* precepta
[i] concessionum *Wien 5474* concessionem
[j] habentes *VL 4989* habentibus
[k] retineant *RA 327, VL 3983* retinent
[l] conentur *RA 327*, *VL 3983* conantur*; Paris 14457* cognentur
[m] aut ne *fehlt Wien 5474;* ne *fehlt Reims 771*
[n] curent *Berlin 861(a+b), RA 327*, *VL 3983*, *VL 4989 Paris 14457* curant
[o] dicti *fehlt Paris 14457*
[p] *VL 3983 folgt* pape
[q] quantum est *VL 4989* est quod
[r] maii *Reims 771* martii*; Wien 5474 folgt* pontificatus sui
[s] decimo *RA 327, VL 3983, Reims 771* X
[t] *VL 4989 folgt* in
[u] ex – menses *fehlt Berlin 861(a), Wien 5474*
[v] Presentata - X *RA 327 am rechten Rand*

## 152.

ATT(ENDE) PROROGATIONEM[a].

Prorogavit predictus dominus noster predictam ordinationem usque ad tres menses, Massilie[1], XX die mensis octobris anno XI[2].

[1] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *1404 Oktober 20.*

[a] Attende prorogationem *RA 327*

## 153.

Item idem[a] dominus noster, IIII[b] idus septembris anno decimo[c1], voluit et ordinavit, quod sui familiares continui commensales seu veri officiarii eius obsequiis insistentes[d] gaudeant prerogativis per ipsum eis concessis, quamdiu eius[e] servitiis et obsequiis insistent et non ultra, exceptis hiis, qui in Palatio apostolico cum eo tempore subtractionis[2] fuerint, quos vult semper dictis prerogativis gaudere[f].

[1] *1404 September 10.*
[2] *1398 Juli 31/August 1 - 1403 März 12*.

[a] idem *fehlt Berlin 861(a), Paris 14457, Reims 771*
[b] IIII *fehlt Paris 14457*
[c] decimo *RA 327, VL 3983, Reims 771* X
[d] insistentes *VL 4989* insistentibus
[e] eius *VL 4989* eis
[f] exceptis - gaudere *fehlt Berlin 861(a+b), VL 4989, Paris 14457, Reims 771, Wien 5474*

## 154.

Dominus noster, Massilie[1], IIII idus septembris pontificatus sui anno X[a2], voluit et ordinavit, quod, si contingat supplicationes de aliquo beneficio vacante sibi vel deputato ab eo presentari[b] et per eum seu deputatum huiusmodi recipi, beneficium ipsum a die talis[c] presentationis[d] ea vice collationi et dispositioni sue specialiter reservatum existat.

---

[1] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *1404 September 10.*

---

[a] Dominus - X *Berlin 861(a+b), RA 327, VL 3983(a), VL 4989, Paris 14457, Reims 771, Wien 5474* Item eadem die
[b] presentari *Berlin 861(b)* presentatam
[c] talis *fehlt VL 3983(a)*
[d] *VL 3983(a) folgt* huiusmodi

---

**Ordinatio facta per dominum nostrum papam super modo et forma datandi rotulos et alias gratias expectativas per ipsum concedendas a prinicipio anni decimi sui pontificatus et ab inde in antea dicto anno decimo[1] durante dumtaxat[a]**

---

[1] *1403 Oktober 11 - 1404 Oktober 10.*

---

[a] Ordinatio - dumtaxat *VL 7110*

## 155.

Et primo idem dominus noster papa IIII idus octobris pontificatus sui anno decimo[1] voluit et ordinavit, quod omnes gratie expectative per ipsum ab hinc in antea quibuscumque personis cuiuscumque status, conditionis, ut existant, et ad quorumcumque supplicationem concedende et signande datantur sub data pontificatus sui anno decimo[a].

---

[1] *1403 Oktober 12.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 156.

Item voluit et ordinavit, quod in datatione rotulorum et aliarum gratiarum expectativarum per ipsum, ut dictum est, a dicta die usque ad annum concedendarum servetur modus et ordo conformiter ad modum et ordinem in primo anno sui pontificatus tentum et observatum, ita videlicet, quod data regis Francie sit datum XVI kalendas novembris anno de-

cimo[1], data universitatum datum XIIII kalendas novembris anno decimo[2] et sic conformiter de aliis maioribus et minoribus[a].

[1] *1403 Oktober 17*.
[2] *1403 Oktober 19*.

[a] *Layoutendnote*

## 157.

Item voluit et ordinavit, quod omnes rotuli et alie gratie expectative quecumque post lapsum tempus dicti anni sibi presentande et per ipsum signande datentur solum de die presentationis et postponantur aliis precedentibus eos in data[a].

[a] *Layoutendnote*

## 158.

Data pro rotulo verorum familiarium commensalium et aliorum familiarium curialium domini nostri pape III idus octobris anno decimo[a1].

[1] *1403 Oktober 13*.

[a] *Layoutendnote*

## 159.

Data pro rotulo familiarium non commensalium nec curialium ipsius domini nostri pape idus octobris anno decimo[a1].

[1] *1403 Oktober 15*.

[a] *Layoutendnote*

## 160.

Voluit tamen dominus noster, quod omnes tales familiares ipsius domini nostri pape teneantur iurare in manibus domini camerarii et, nisi huiusmodi iuramento prestito, quod eorum gratia sit subreptitia.

## 161.

Data pro familiaribus commensalibus et principalioribus dominorum cardinalium numero viginti XVII kalendas novembris anno decimo[a1].

[1] *1403 Oktober 16*.

[a] *Layoutendnote*

## 162.

Data pro prelatis dabuntur eis littere facultatis in numero competenti, considerata latitudine collationis eorum, cum clausula, quod nominati per eos preferantur alternative etc., et cum hoc etiam pro rotulis verorum familiarium suorum dabitur eis data bona, consideratis personis supplicantium et personis, quibus fiet gratia.

## 163.

Voluit tamen dictus dominus noster, quod prelati non possint nominare vigore litterarum facultatis huiusmodi aliquem non graduatum ad prebendas ecclesiarum cathedralium secularium, nisi sit nobilis de militari genere, nec ad dignitates, nisi sint licentiati in iure vel bacallarii formati in theologia, magistri in medicina vel superiores in gradu.

## 164.

Data pro rotulo verorum familiarium commensalium regum, reginarum et primogenitorum suorum XVI kalendas novembris anno decimo[a1].

[1] *1403 Oktober 17*.

[a] *Layoutendnote*

## 165.

Data pro clericis curie parlamenti Parisius.

## 166.

Data pro rotulo magistrorum et doctorum universitatis Parisiensis XV kalendas novembris anno decimo[a1].

[1] *1403 Oktober 18*.

[a] *Layoutendnote*

### 167.

Data pro magistris et doctoribus aliarum universitatum et pro veris familiaribus commensalibus ducum et principum, qui sunt filii regum, XIIII kalendas novembris anno decimo[a1].

[1] *1403 Oktober 19*.

[a] *Layoutendnote*

### 168.

Data pro rotulo licentiatorum in iure, baccalariorum formatorum in theologia, pro secundo rotulo dominorum cardinalium numero XX et pro filiis, fratribus ac filiis fratrum et sororum magnorum comitum et notabilium baronum XIII kalendas novembris anno decimo[a1].

[1] *1403 Oktober 20*.

[a] *Layoutendnote*

### 169.

Data pro rotulo baccalariorum non formatorum in theologia, baccalariorum in iure, magistrorum in artibus residentium in studiis generalibus, licentiatorum in medicina et ‹pro› nobilibus de miliatari genere, qui student, XII kalendas novembris anno X[a1].

[1] *1403 Oktober 21*.

[a] *Layoutendnote*

### 170.

Data pro rotulo verorum familiarium commensalium ducum et comitum ‹est› data universitatum secundum gradus inrotulatorum. Voluit tamen dominus noster in paritate gradus preferantur studentes.

### 171.

Data pro rotulo studentium in theologia vel iure seu medicina, non graduatorum baccalariorum in artibus et nobilium de militari genere, qui non student, X kalendas novembris anno decimo[a1].

[1] *1403 Oktober 23*.

[a] *Layoutendnote*

## 172.

Data pro rotulis componendis per referendarios de particularibus supplicationibus presentes in curia eis porrectis per huiusmodi referendarios examinatos et idoneos repertos data ordinata, pro graduatis residentibus in universitatibus secundum qualitatem gradus ipsorum, pro non graduatis nono kalendas novembris anno decimo[a1].

[1] *1403 Oktober 24*.

[a] *Layoutendnote*

## 173.

Data pro rotulis familiarium commensalium aliorum comitum et baronum VIII kalendas novembris anno decimo[a1].

[1] *1403 Oktober 25*.

[a] *Layoutendnote*

## 174.

Voluit tamen dominus noster, quod omnes supplicationes posite in rotulis supradictis sint subreptitie, nisi positi in huiusmodi rotulis sint veri familiares commensales supplicantis vel de genere suo infra quartum gradum.

---

## 175.

Item dominus noster, IIII nonas martii pontificatus sui anno decimo[a1], declaravit sue intentionis fuisse et existere, quod, cum plures supplicationes a diversis personis etiam diversis diebus et[b] temporibus sibi vel aliis per eum ordinatis super eodem beneficio presentantur et ipse arduis negotiis potissime unionem ecclesie tangentibus occupatus nequeat ita celeriter signare supplicationes huiusmodi, ut optaret[c], contingit interdum[d] ipsum pro uno ex ipsis supplicantibus vel alio huiusmodi beneficium primo et deinde inadvertenter seu oblivione[e] pro alio signari, quod illi, pro quo primo[f] huiusmodi beneficium signavit aut in posterum signabit sanctitas sua[g], per secundam signationem nullum preiudicium gene-

[1] *1404 März 4.*

retur[h], etiamsi propter diem presentationis[i] vel alias data supplicationis illius, pro quo ultimo signavit, aliam precederet[j] in data.

---

[a] dominus - decimo *VL 3983* eadem die
[b] diebus et *fehlt VL 7110*
[c] ipse – optaret *fehlt VL 7110*
[d] interdum *fehlt VL 7110*
[e] seu oblivione *fehlt VL 7110*
[f] primo *fehlt VL 3983*
[g] aut - sua *fehlt VL 7110*
[h] generetur *VL 7110* asseratur
[i] diem presentationis *VL 7110* presentationem
[j] precederet *VL 3983* procederet

## 176.

PRESIDENS CANCELLARIE[a].

Item, eadem die[b1], voluit et ordinavit, quod ille, qui databit supplicationes huiusmodi[c], ultra datam supplicationis semper[d] ponat in dorso ipsius[e] supplicationis vel rotuli diem expeditionis sive signationis et quod[f] registrator illam datam expeditionis in margine registri etiam apponere teneatur.

Iste tres regule[2] fuerunt tradite in Cancellaria per dominum Franciscum Laude presidentem[3], II idus iulii anno XIII[4], Massilie[5].

Dominus noster vult, quod inserantur vel registrentur inter alias constitutiones suas in libro Cancellarie s(anctitatis) s(ue).

---

[1] *(1404 März 4).*
[2] *= Nr. 154, 175 und 176.*
[3] *Franciscus Lando.*
[4] *1407 Juli 14.*
[5] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.

---

[a] Presidens Cancellarie *VL 3983*
[b] eadem die *fehlt VL 7110*
[c] huiusmodi *fehlt VL 7110*
[d] semper *VL 3983* sumper
[e] ipsius *fehlt VL 7110*
[f] quod *VL 3983* nihilominus

## Ordinationes facte per dominum nostrum dominum Benedictum papam XIII super officio referendariorum quoad ea, que sunt de gratia, ut negotia posita suo ordine celerius expediantur et primo quoad gratias expectativas

## 177.

Ordinavit quoad beneficia sine cura nullus inrotuletur, nisi bene legat et aliquid si non perfecte saltem perfunctorie intelligat aut sit alias docilis et habilis ad intelligendum.

**178.**

Item, quod, si dicta beneficia sine cura sint in ecclesiis cathedralibus, collegiatis aut conventualibus aut aliis, in quibus divina officia fieri ac dici cum nota sit iugiter consuetum, non inrotulentur, nisi qui ultra premissa cantare sciverint competenter.

**179.**

Item quoad beneficia curata ordinavit, quod nemo inrotuletur ad illa, nisi qui preter lecturam et cantum fuerint boni grammatici aut saltem, que legunt, intellexerint satis bene.

**180.**

Hiis ordinationibus non obstantibus supradictis prefatus dominus noster voluit deferri nobilitati et gradui videlicet quoad cantum, dum tamen iurent addiscere infra annum aut infra tempus, de quo iuxta qualitatem et conditionem persone, utpote quia studens in studiis generalibus aut graduatus in iure a licentia vel ultra aut quia nobilis saltem de militari aut quia in officiis Romane curie serviens, ipsi referendario, qui de negotiis curam assumet, videbitur expedire.

**181.**

Item ordinavit quoad maiores dignitates in ecclesiis cathedralibus post pontificales et in collegiatis seu conventualibus ad principales vacantes nullus inrotuletur, nisi sit licentiatus in iure aut baccalarius in theologia vel ultra seu alias nobilis non exiliter, sed bona litterarum sufficientia predotatus.

**182.**

Item, quoad canonicatus et prebendas in ecclesiis cathedralibus necnon ad dignitates, officia vel administrationes in eisdem non inrotulentur supplicationes expectationum, nisi illi, quorum fuerint, sint baccalarii in iure vel theologia aut licentiati seu magistri in medicina vel saltem per IIII annos audiverint iura aut theologiam in studio generali.

**183.**

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Item[a] ordinavit, quod pro absentibus non recipiantur supplicationes expectantium, nisi illud fieret de mandato speciali aut nisi essent in rotulis principum seu universitatum, et quod tunc tales rotuli essent clausi vel essent presentati per ambasciatores sollemnes, aut persone absentes sint ex fama notabiles habentes de sua absentia iustas causas.

[a] *VL 7110 folgt* quod

**184.**

Item ordinavit etiam, quod in gratiis expectativis de vita et moribus supplicantium fiat diligens inquisitio iuxta posse et nullus inrotuletur aliquo crimine diffamatus, si et ubi diffamationis notio ad ipsius referendarii certam notitiam sit deducta.

**185.**

Item, quod, qui incompatibilitatem beneficiorum petunt, minime inrotulentur, voluit tamen, quod, si quis petierit super incompatibilitate satis admissibili ut de cura cum dignitate, que non haberet iurisdictionem vel que non requireret expressam residentiam personalem, tunc habita inter referendarios aliqua super hiis deliberatione domino nostro ipsam supplicationem per se et separatim presentent. Si vero sit incompatibilitas gravis ut puta duarum ecclesiarum curatarum vel unius cum dignitate, que iurisdictionem habeat, presidentiam seu residentiam requirat in cathedralibus ecclesiis vel collegiatis, tales supplicationes omnino recipere renuant quovismodo.

**Item quoad beneficia vacantia, ut sequitur, ordinavit**

**186.**

Primo, quod omnia, que dicta sunt super gratiis expectativis, in gratiis de vacantibus observentur et tanto strictius, quanto ille de vacantibus sunt pinguiores et ius in re conferunt indilate uno dempto, quod super vacantibus supplicationes pro absentibus recipi poterunt et inrotulari de moribus et vita supplicantium inquisitione et informatione habitis diligenter. Voluit tamen, quod presentes competitores absentibus ceteris paribus aut non longe imparibus preferantur, potissime ubi et de absentibus in curia non habeatur notitia.

**187.**

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Ulterius ordinavit, quod, ubi valor vacantis beneficii petiti, quem in supplicatione vult exprimi, iuxta morem centum florenorum usualium in regione, ubi illud fuerit, valorem ascenderet, supplicatio illa per referendarios minime inrotuletur, sed illa particulariter sibi tradatur die signature vel ante, sicut eis esse utile visum fuerit seu necesse.

**188.**

Item, quod referendarii, qui erunt ad easdem committi seu consignati provincias, singulis secundis feriis conveniant de mane in alterius et eorum habitatione vicibus alternatis et ibi de omnibus conferant presertim de concurrentia et idoneitate competitorum et, si convenerint inter se, quem consideratis considerandis sufficientiorem repererint, inrotulent in eorum altero rotulorum. Supplicationes vero concurrentium, qui satis idonei videbuntur, consuant ad latus rotuli iuxta locum supplicationis inrotulate, et ubi non convenent super hiis, que in facto vel in iure dubium haberent, consulant alios referendarios simul iunctos, iuxta quorum consilium et deliberationem rem concludant et exequantur.

**189.**

Item, quod quilibet referendariorum possit recipere supplicationes sive de gratiis expectativis sive de vacantibus sive de illis, que habent et consueverunt expediri sine signatione hactenus per „Concessum“, et ponere datam presentationis sibi facte. Qua data apposita cum signo manuali proprie manus aliis referendariis non ignoto, si non fuerint de sua provincia, remittat illas statim illi ex referendariis, cui est illa provincia distributa.

**Item quoad gratias expediendas per „Concessum“ absque signatione prefatus dominus noster ordinavit**

**190.**

Quod singulis diebus martis omnes referendarii conveniant in loco eis ad hoc in Palatio apostolico deputato, ubi in presentia dominorum cardinalium vicecancellarii[1], Pampilonensis[2] et sancti Angeli[3] seu aliorum, quos dominus noster voluerit deputare, gratie sive per Cancellariam sive alias expediende ibidem de communi omnium consensu vel maioris et sanioris partis illorum, qui ibi intererunt, expediantur et non alias nec alibi. Fiatque distribu-

[1] *Johannes de Broniaco*.
[2] *Michael de Salva*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

tio inter secretarios, ut est moris, et, si forte super examinationibus, expeditionibus, distributionibus, remissionibus et concessionibus huiusmodi gratiarum aliqualiter dissentirent, presertim ubi requireret negotii qualitas aut esset dubium iuris grande, hoc casu voluit memoratus dominus noster negotium remitti ad se cum opinionibus celebrioribus inde ortis[a].

---

[3] *Petrus Blavi.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 191.

Preterea ordinavit, quod singulis quintis feriis[1] omnes dicti referendarii de mane conveniant in Palatio et loco ad hoc eis specialiter deputato et quod ibi conferant super supplicationibus signandis per ipsum dominum nostrum tam super vacantibus quam etiam expectativis et, si aliquod occurrit iuris aut facti dubium, ibi deliberent et concludant, saltem que ipsi domino nostro debebunt dicere et referre, et ante diem signature omnia, que ad eorum quemlibet spectabunt, sint inrotulata, et quantum erit eis possibile bene clara adeo, quod dominus noster de facili possit signare et expedire pauperes et alias supplicationes[a].

---

[1] *Donnerstag.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 192.

Item ulterius ordinavit, quod singulis sabbatis de mane omnes referendarii cum ‹vice›cancellario[1] et cardinalibus prelibatis conveniant in loco Palatii assignato ad expediendum supplicationes de iustitia vel ad remittendum ipsi domino nostro, ‹que› non possunt expediri, presertim illas, quas ipse sextis feriis[2] in publicis consistoriis apud se retinebit aut committet vicecancellario aut referendariis supradictis[a].

---

[1] *Johannes de Broniaco*.
[2] *Freitag*.

---

[a] *Layoutendnote*

## 193.

Demum voluit et ordinavit, quod predicti referendarii iurent in manibus suis, quod predicta quoad inrotulandos vel non inrotulandos et informationes super illis recipiendos, ut sunt expressa superius, observabunt.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

## Infrascripta ordinavit dominus noster Benedictus papa XIII super negotiis curie facilius expediendis

### 194.

Et primo, ne rerum ignorantia perturbet negotiorum naturam, ordinavit, quod in illis, que per eius signationem solent regulariter expediri et quorum expeditio notorie ad eum spectat, nullus tangat, sed sibi totaliter reserventur necnon maiora negotia, que sunt multiplici‹s› generis, et plura, que cotidie occurrent etiam forsitan inaudita, utpote que vel in consiliis vel in consistoriis secretis solent fieri et expediri, de quibus etiam nullus dubitat nec presument tangere ulla via.

## In aliis vero minoribus, que non possunt aut solent per Cancellariam regulariter expediri, modum servari voluit infrascriptum

### 195.

Primo, quod omnes referendarii una die septimane conveniant cum vicecancellario[1] ac dominis cardinalibus Pampilonensi[2] et sancti Angeli[3] et aliis, si quos deputare voluerit, in uno loco Palatii ad hoc specialiter deputato et ibi quilibet iuxta ordinem suum proponat supplicationes de iustitia quidem primo et singuli referendariorum super ipsarum expeditione dicant votum suum et demum per clericum vicecancellarii conclusio scribatur, ut de sero ipse vicecancellarius signet dictas supplicationes iuxta conclusionem votorum habitam inter eos, et ita vicissim proponant singuli singulas sua vice. Si vero sint aliqua dubia vel ardua forsan quedam, ordinavit ipse dominus noster, quod super illis audiantur opiniones et denique, quod reserventur sibi referenda per referendarium, qui talia proposuerit, cum motivis et opinionibus inde ortis, et ipse captabit sibi diem aptam, quam assignabit de quindecim in quindecim diebus, in qua conveniant et ibi concedet concedenda aut repellet, que fuerint repellenda[a].

---

[1] *Johannes de Broniaco*.
[2] *Michael de Salva*.
[3] *Petrus Blavi.*

---

[a] *Layoutendnote*

### 196.

In gratiosis vero, quia expedienda per „Concessum“ erunt longe plurima quam per „Fiat“, tum propter rotulos et supplicationes iam signatos, ad quos sepe se referent supplicationes, qui sunt in Cancellaria, tum etiam propter collationes factas per ordinarios, tum propter temporis exigentiam voluit ipse dominus noster, quod in expediendis per „Concessum“ servetur ordo inferius annotatus, videlicet quod referendarii ibidem, ut superius est premissum, dicta die vel alia, si non sufficiat illud tempus, proponant supplicationes quilibet de provincia eidem specialiter deputata singulariter et vicissim, et illa, que erunt notorie de magna gratia, voluit prefatus dominus noster, quod sibi reserventur referenda dicta die per eum sibi electa vel ad partem, proviso quod, si essent aliqua secretiora non referenda vel non expedienda in publico, illa eidem reserventur ad aurem tacite referenda. Mediocra vero, de quibus aliqua ponentur inferius pro exemplo, ut de illis ad similia arguatur, quia facile omnia specificari non possunt, expediantur per vota et scribatur conclusio ibi sub brevibus et de sero signe‹n›tur et datentur, prout est expressum.

**197.**

Et est intentio et voluntas ipsius domini nostri, quod omnia talia, que ex officio[a] non possunt per vicecancellarium expediri, sed super illis haberi debet recursus ad ipsum et expediri per „Concessum“ sive expediantur postea per vicecancellarium sive per secretarios, quod omnia proponantur in consilio et signetur votorum conclusio, ut maturius expediantur, exceptis hiis, que per se ipse dominus noster iam expediverit vel que ex certa scientia vellet per se secretius expedire.

---

[a] officio *VL 7110* officia

**198.**

Illa vero, que gratia exempli possunt dari ad presens referendariis, ut arguant, assimilia[a] vel minora sunt aliqua quasi cotidiana et que occurrunt sepius solito, que sequuntur, salva tamen restrictione, quam ipse dominus noster vellet facere in eisdem.

---

[a] assimilia *VL 7110* ad similia

**Sequentia fuerunt concessa per dominum nostrum, ut possent per dominos vicecancellarium et alios cardinales supradictos una cum referendariis in consilio expediri**

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

**199.**

Primo licentia de non residendo habita ratione persone vel cause; reconciliatio ecclesie vel cimiterii in forma; indulgentie in forma „Manus porrigentibus adiutrices“ et secundum loca et causam possit laxari ut pro ecclesia combusta; licentia audiendi leges in personis prohibitis; confirmatio beneficii collati per ordinarium infra summam C librarum, si non sit generaliter reservatum; confirmatio beneficii acceptati, litteris confectis, modo quo supra; reformatio gratie expectative, cuius originale est in Cancellaria, etiam hec est multiplex propter defectus multiplices in principali commissos, licet aliqui parvi possint per Cancellariam suppleri secundum stilum et morem alias consuetum; reformatio similis in beneficio collato per papam, si non sit defectus notabilis, quo expresso sit verisimile papam non concessisse; quod, quis non teneatur promoveri ad tempus secundum conditionem persone vel causam, si ordo beneficio sit annexus, proviso quod infra annum tales teneantur intrare sacros; resignatio simplex beneficii sine tamen collatione; mandatum recipiendi religiosos in forma „Cupientibus[1]“ etc. preterquam in ecclesiis cathedralibus vel metropolitanis; creare notarios etiam in sacris constitutos ex causa rationabili; quod illegitimi habilitentur ad beneficia et etiam curata ex causa habita ratione gradus vel nobilitatis citra tamen prelaturas et dignitates; absolutio a iuramento ex causa legitima; translatio religiosi non mendicantis de ordine ad ordinem ratione beneficii; dispensatio et habilitatio pro illis, qui inciderunt in extravagantem „Execrabilis[2]“; conservatorie in forma communi tamen; mandare revocari uniones factas inutiliter vel subreptitie parte tamen vocata; protectiones sedis apostolice pro personis vel rebus; licentia edificandi ecclesiam vel capellam salvo iure parochialis ecclesie; licentia ministrandi ecclesiastica sacramenta per confessorem in loco religioso vel privato, salvo tamen ut supra; licentia recipiendi tonsuram sine dimissoria; licentia dispensandi et absolvendi ac habilitandi in omnibus casibus, in quibus possent ordinarii de iure communi, si partes maluerint habere sub bulla; de dicendo officium ad usum curie Romane vel alium quam proprium ex causa ad annum et semel tantum; dare coadiutorem valetudinariis curam animarum habentibus citra tamen prelaturas; „Si neutri“ pro collitigante, habita informatione de personis et titulo, dum tamen beneficia non sint reservata; „Perinde valere“ pro graduato vel nobili, qui nunc est etatis legitime, ad beneficium curatum pro gratiis obtentis anno primo[a].

---

[1] *= Tangl, KO S. 315f. Nr. 116f.*
[2] *= Johannes XXII. Nr. 65B.*

---

[a] *Layoutendnote*

## De sequentibus possent fieri rotuli facta informatione etc.

### 200.

Collatio beneficii acceptati, litteris non confectis; collatio beneficii vacantis ex causa resignationis simpliciter vel ex causa permutationis in curia facte; „Si neutri“ pro tertio non collitigante; „Perinde valere“ pro illis, qui non erant tonsurati vel professi tempore date gratie nec tempore presentationis; quod illegitimi non teneantur de defectu facere mentionem; conservatoria ultra formam communem scilicet perpetua vel in forma concilii[a] Viennensis; committere contra simoniacos, homicidas et similes cum potestate privandi et conferendi; confirmatio unionum factas per ordinarium; facere vel committere uniones beneficiorum ex causa.

[a] concilii *VL 7110* consilii

## Ista habent expediri per dominum nostrum

### 201.

Commutatio expectationis; quod illegitimi in terris ecclesie succedant; quod assumantur ad honores; quod astreptitii ecclesiarum valeant promoveri; quod apostate recipiantur sine clausula salva ordinis disciplina; absolutiones a pena et culpa; licentia ducendi navem ultra mare; dispensatio in etate pro beneficiis; dispensatio pro religioso, quod possit tenere duo beneficia; dispensatio de tenendo duo beneficia incompatibilia simpliciter vel ad tempus; quod quis vel que possit intrare monasteria reclusarum; de audiendo divina in loco interdicto vel tempore interdicti; licentia sollemnizandi matrimonia tempore feriato et sine bannis; licentia comedendi carnes personis vel temporibus prohibitis; habilitatio mendicantium translatorum ad non mendicantes, quod habeant beneficia; dispensatio contrahendi matrimonia in gradibus prohibitis affinitatis et consanguinitatis; recipere caritativum subsidium per prelatum; concedere privilegia conventibus vel religiosis.

### 202.

Dispensationes alias maiores et alia innumerabilia maiora negotiis supradictis, que etiam expedienda veniunt per „Concessum“, prefatus dominus noster sibi voluit reservari. Super quibus, que sibi sunt reservata, voluit et ordinavit, quod supplicationes dicta maiora nego-

tia continentes in consilio audiantur et de illis, que videbuntur in eodem consilio concedenda, fiant rotuli, qui per referendarios portentur sibi in audientia, quam dabit eis de XV in XV diebus, sicut iam superius est expressum, et ibi audita opinione consilii ipse dominus noster signabit signanda aut repellet repellenda, sicut sibi videbitur expedire.

**203.**

Super illis vero, que in consilio erunt repulsa ex toto tamquam iniusta aut nullatenus concedenda, voluit idem dominus noster, quod per referendarios dicatur partibus, quod petita per eos commode tamquam iniusta nequeunt expediri, ideo quod super illis ulterius non accedant[a] papam, quoniam operam darent infructuose.

[a] accedant *VL 7110* accedient

## Ordinatio et modus, qui debent teneri per referendarios circa ea, que habent expediri per eos

**204.**

Et primo voluit et ordinavit dominus noster, VI kalendas iulii pontificatus sui anno decimo[1], quod omnes referendarii conveniant in Palatio in loco eis deputato diebus lune, mercurii et veneris horis, quibus tenetur consistorium, et quod ibi recipiant omnes supplicationes, que eis presentabuntur tam de iustitia quam de gratia[a].

[1] *1404 Juni 26*.

[a] *Layoutendnote*

**205.**

Item, quod ibidem dividant inter se dictas supplicationes secundum provincias sibi distributas, ita quod nullus referendarius portet aliquam supplicationem nec inrotulet, nisi sit de provincia sibi distributa, et alias omnes remittat aliis referendariis secundum provincias eis decretas.

**206.**

Item, quod nullus referendarius recipiat aliquam supplicationem nisi in dictis loco et horis, salvo quod poterit datare supplicationem, si sibi presentetur, et restituere eam parti, ut in dicto loco eam portet et presentet.

**207.**

Item, quod quilibet referendarius inrotulet supplicationes per provincias et dioceses ita, quod supplicationes unius provincie vel diocesis non intermittantur[a] cum supplicationibus alterius provincie vel diocesis.

---

[a] intermittantur *VL 7110* intermissiantur

**208.**

Item voluit et ordinavit, quod omnes referendarii inrotulent supplicationes presentium in curia vel, qui presentes et examinati fuerint, semper ad partem.

**209.**

Item, quod referendarii earundem provinciarum, antequam inrotulent supplicationes suas, conveniant insimul ad habendum collationem super concurrentium supplicantium meritis et sufficientiis personarum.

**210.**

Item, quod omnes referendarii, antequam presentent rotulos suos ad signandum domino nostro, conveniant insimul ad examinandum huiusmodi rotulos et ‹ad› resecandum illa, que erunt resecanda, ita quod nullus audeat presentare aliquem rotulum, nisi prius fuerit visus inter omnes referendarios et examinatus.

**Ordinatio facta per dominum nostrum super confirmationibus et novis provisionibus beneficiorum collatorum tempore subtractionis reservatorum et non reservatorum[a], sive sint competitores[b] sive non**

---

[a] et non reservatorum *fehlt Paris 14457*
[b] competitores *Paris 14457* competitorum

**211.**

Et primo voluit et ordinavit idem dominus noster, Massilie, die X[ma] septembris anno X[a], quod referendarii de provinciis sibi distributis recipiant supplicationes petentium confirmationes et novas provisiones de beneficiis sibi collatis tempore subtractionis[1] et se informent et inquirant diligenter unus aut duo secundum ponderositatem negotii tam[b] de meritis, sufficientia, moribus et vita supplicantium[c] quam de viribus huiusmodi collationum, et quod bis aut saltem semel in septimana conveniant cum dominis cardinalibus vicecancellario[2], de Challant[3] et Pampilonensi[4] aut duobus ex ipsis in loco pro consiliis[d] tenendis[e] in Palatio ordinato seu alio ex causa per ipsos[f] dominos ordinando et ibidem secundum ordinem suum quilibet de provinciis sibi distributis proponant huiusmodi supplicationes et referant ea, que[g] per examinationem[h] et inquisitionem huiusmodi repererint super sufficientia, idoneitate et moribus dictorum supplicantium ac viribus huiusmodi collationum[i] et, si dicti supplicantes fuerint reperti idonei et habiles non habentes competitorem[j] et in huiusmodi collatione non appareat simonia intervenisse nec aliud canonicum impedimentum obsistat, dicti domini cardinales ordinent de huiusmodi collationibus fieri sub[k] bulla[l] et confirmationes seu novas provisiones in forma consueta, dummodo talia beneficia non sint generaliter reservata nec valor eorum usque ad summam centum[m] librarum Turonensium parvorum ascendat.

---

[1] *1398 Juli 31/August 1 - 1403 Mai 28*.
[2] *Johannes de Broniaco*.
[3] *Antonius de Challant.*
[4] *Michael de Salva*.

---

[a] Massilie - X *fehlt VL 7110*
[b] tam *Paris 14457* tum
[c] supplicantium *Paris 14457* suppli(catio)nu(m)
[d] pro consiliis *Paris 14457* consilii
[e] tenendis *Paris 14457* tenendo
[f] ipsos *fehlt VL 7110*
[g] que *fehlt Paris 14457*
[h] examinationem *Paris 14457* executionem
[i] collationum *Paris 14457* collationi
[j] competitorem *VL 7110* competitores
[k] fieri sub *fehlt Paris 14457*
[l] bulla *Paris 14457* bullas
[m] centum *VL 7110* C

## 212.

Si vero huiusmodi beneficia fuerint generaliter reservata nec valor eorum[a] ad predictam summam centum librarum[b] ascendat nec vacent per mortem dominorum cardinalium nec sint reservata reservatione iuris, tunc de illis per dictos referendarios duos tamen et duos secundum distributionem provinciarum fiat[c] bona inquisitio et informatio[d] et demum, facta

relatione dictis dominis cardinalibus per dictos referendarios de inquisitione et informatione predictis et habita super hiis bona deliberatione per ipsos dominos cum referendariis nominatis, de mandato ipsorum dominorum iuxta conclusionem ipsius deliberationis componantur rotuli per ipsos referendarios, in quibus dicti domini seu unus[e] de mandato aliorum se subscribant. Qui rotuli domino nostro per ipsos dominos cardinales vel saltem per ipsos referendarios presententur et dominus noster absque alia difficultate seu requisitione[f] illos[g] signabit et expediet.

---

[a] eorum *fehlt Paris 14457*
[b] centum librarum *fehlt VL 7110*
[c] fiat *VL 7110* fuit
[d] informatio *Paris 14457* reformatio
[e] unus *fehlt Paris 14457*
[f] seu requisitione *fehlt Paris 14457*
[g] illos *Paris 14457* ipsos

## 213.

Si vero valor huiusmodi beneficiorum ascendat ad summam centum[a] librarum Turonensium parvorum vel ultra, tunc premissis observatis de hiis, que habita cum dictis referendariis deliberatione predicta videbuntur dictis dominis cardinalibus expedienda, componantur parvi rotuli, in quorum quolibet non ponantur ultra sex supplicationes, quibus idem domini cardinales vel alter eorundem, ut supra dictum est[b], se subscribant, et tunc dominus noster sine alia difficultate[c] statim signabit rotulos antedictos.

---

[a] centum *VL 7110* C
[b] *VL 7110 folgt* etiam
[c] sine - difficultate *fehlt Paris 14457*

## 214.

Si vero huiusmodi beneficia vacent per obitum dominorum cardinalium vel sint reservata reservatione iuris, tunc observatis premissis de hiis, que habita cum dictis referendariis deliberatione, ut supra, videbuntur dictis dominis cardinalibus expedienda, ad mandatum dictorum dominorum cardinalium per dictos referendarios componantur parvi rotuli, in quorum quolibet non ponantur ultra sex supplicationes, ut supra, in quibus dicti domini cardinales se subscribant et cum eorum deliberationibus domino nostro[a] remittant, et dominus noster audita eorum relatione taliter faciet, quod dicti[b] supplicantes debebunt esse contenti.

---

[a] domino nostro *Paris 14457* dummodo
[b] dicti *fehlt VL 7110*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

**215.**

Si autem tales, qui durante subtractione[1] auctoritate ordinaria obtinuerunt beneficia, habeant competitores apostolicas expectativas seu alias, qui pretendent[a] eis ius fuisse quesitum[b] in re, voluit dominus noster et ordinavit, quod supradicti domini cardinales in omnibus causis et litibus inter supradictos ratione seu occasione[c] huiusmodi collationum et beneficiorum motis seu movendis mandent[d] et faciant[e] supersedi et eas ad se advocent, partes ipsas audiant et se informent extra figuram iudicii de meritis, qualitatibus et aliis circumstantiis et partes contendentes[f] bono modo ad concordiam reducant[g], quod, si non poterunt[h], domino nostro[i] referant cum opinionibus et deliberationibus eorum, ut ipse ordinet, quid ecclesiis utilius[j] et Deo acceptius fuerit omnibus circumspectis et sic[k], quod ipsi contendentes debeant merito contentari.

[1] *1398 Juli 31/August 1 - 1403 Mai 28*.

[a] alias - pretendent *VL 7110* alios qui pretendant
[b] quesitum *fehlt Paris 14457*
[c] occasione *fehlt Paris 14457*
[d] Si - mandent *fehlt IM 5245*
[e] faciant *IM 5245* faciet
[f] contendentes *IM 5245* contendente
[g] concordiam reducant *IM 5245* concordiant deducant
[h] poterunt *IM 5245* poterat
[i] *VL 7110 folgt* sibi
[j] utilius *IM 5245* utilibus
[k] sic *fehlt Paris 14457*

**Ordinatio facta per dominum nostrum super negotiis, que expediuntur per „Concessum“, per ipsum vel per alios de speciali[a] mandato suo**

**216.**

Et primo dominus noster voluit et ordinavit, pontificatus sui anno decimo[b1], quod referendarii, secretarii[c] et duo de abbreviatoribus antiquioribus conveniant bis aut saltem semel in septimana cum dominis cardinalibus vicecancellario[2] et de Challant[3] et[d] cum uno ex eis in Palatio in loco pro consiliis tenendis ordinato[e] aut in domo unius ex ipsis de mane vel de sero, prout facultas opportunius se offeret, et quod omnes littere confecte super negotiis expeditis per ipsum per „Concessum“ in audientiis aut per consilium iuxta certam ordina-

[1] *1403 Oktober 11 - 1404 Oktober 10*.
[2] *Johannes de Broniaco*.
[3] *Antonius de Challant.*

tionem et instructionem super hoc per ipsum factam ibidem videantur diligenter et examinentur et, que videbuntur expedienda, ibidem expediantur et aliter non, et quod teneantur semper[f] interesse duo referendarii ad minus[g].

[a] speciali *fehlt Paris 14457*
[b] pontificatus - decimo *fehlt IM 5245, Paris 14457*
[c] secretarii *fehlt IM 5245*
[d] et *IM 5245, VL 7110* aut
[e] tenendis ordinatio *Paris 14457* ordinatio et tend.
[f] semper *IM 5245* super
[g] ad minus *IM 5245* audivimus

**217.**

Item voluit et ordinavit, quod nullus referendarius signet aliquam litteram, nisi fuerit sic visa et examinata, nec secretarius audeat sibi presentare ad expediendum, nisi fuerit sic visa et examinata.

---

**218.**

Beatissime pater. Cum nuper sanctitas vestra intuitu devoti filii vestri regis Caroli regni[a] Francorum consiliariis et officiariis suis clericis parlamenti sui nec non libris, fratribus, consanguineis et amicis consiliariorum eiusdem curie non ecclesiasticorum et aliis in quodam super hoc de mandato sanctitatis vestre ordinato rotulo nostro motu proprio certas expectativas et sub certis datis et cum nonnullis singularibus prerogativis gratias fecit speciales, supplicat sanctitati vestre dictus rex, quatinus alias prerogativas infrascriptas, sine quibus dicte gratie eis, quibus concesse sunt, prorsus saltem ut in pluribus redderentur inutiles, ipsis consiliariis et aliis in dicto rotulo contentis dignemini benigniter concedere et cum eisdem mandare litteras super dictis expectativis gratiis cum infrascriptis prerogativis et clausulis expedire.

[a] regni *Paris 14457* regum

**219.**

Primo, quod dignemini velle ordinare et decernere ac eis concedere de speciali gratia, quod beneficia ecclesiastica per eos vigore gratiarum huiusmodi acceptanda assequi debeant et valeant, ac si eorum gratie et littere super ipsis confecte essent de datis similibus pontificatus vestri.

Concessit.

**220.**

Item, quod dicti consiliarii et alii in dicto rotulo contenti ac gratias habentes in quibusvis aliis gratias expectativas etiam in rotulo principali familiarium vestrorum commensalium et domesticorum continuorum habentibus ac in posterum habituris, etiamsi auditores sacri Palatii sanctitatis vestre, etiamsi in familiares vel capellanos vestros commensales sint recepti vel recipiantur in futurum et alterius cuiuscumque status et dignitatis existant, in assecutione beneficiorum ecclesiasticorum et sub ipsorum gratiis cadentium preferantur alias, quia prerogativa habeant, ac si in ipso familiarium vestrorum rotulo ac sub ipsius data dictas suas gratias habuissent, vestris familiaribus domesticis et actu continue commensalibus eiusdem sanctitatis magis vel similiter graduatis dumtaxat exceptis.

Concessit, quod magistri, parlamenti clerici et filii laicorum graduati et gref‹f›erius[a] preferantur quibusvis aliis, ut petitur, exceptis dumtaxat notariis sedis apostolice, auditore contradictarum, correctore litterarum apostolicarum, referendariis, subdiacono, acolit(o) et etiam auditoribus Palatii, qui auditores non obtinuunt vigore gratiarum suarum expectativarum beneficia valoris centum libre secundum taxationem decime, ac etiam exceptis veris familiaribus dicti domini nostri continuis[b] commensalibus paris[c] vel maioris gradus.

[a] *bei Martin V. heißt es grafferius. La greffe = Kanzlei.*
[b] continuis *Paris 14457* continue
[c] paris *Paris 14457* parius

**221.**

Item, quod, si sanctitas vestra aliquibus forsan cuiuscumque status, gradus vel conditionis hactenus concesserat vel concedat in futurum, quod in gratiis eis concessis sub 3° idus octobris anno primo[1] vel alia quavis data prerogative familiarium predictorum et in ipso rotulo signatorum utantur, ac si ‹in› ipso rotulo et in quolibet ipsius ordine scripti fuissent, talis concessio ipsis consiliariis et aliis predictis in nullo noceat, quinimo tales prerogativas et clausulas habentibus in beneficiorum sub gratiis suis cadentium assecutionibus preferantur cum clausulis opportunis.

Concessit, exceptis supra proxime acceptatis, nisi dominatio vestra de dictis consiliariis expressam faciens mentionem aliter ordinaret[a].

[1] *(1394) Oktober 13.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] *Layoutendnote*

**222.**

Item, quod, si aliquis ipsorum consiliariorum et aliorum predictorum in dicto rotulo contentorum dignitates, personatus, parochiales ecclesias aut alia curata beneficia obtinens alia beneficia ecclesiastica cum predictis incompatibilia vigore dictarum gratiarum aut alias canonice assequi contigerit, etiamsi in cathedralibus etiam metropolitanis ecclesiis iam assecute vel assequende fuerint, ipsa beneficia incompatibilia cum aliis predictis iam assecutis retinere valeant, ac si dignitates in cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales maiores, in collegiatis ecclesiis principales vel parochiales ecclesie fuerint, et loco dimissorum alia similia vel dissimilia duo tamen incompatibilia per permutationem vel alias assequi, quotiens eis fuerit opportunum, vel ea ad invicem perpetuo retinere.

Concessit quoad magistros parlamenti, clericos et filios laicorum graduatos et gref‹f›erio *(!)*, dum tamen ambo maiores in cathedralibus vel principales in[a] collegiatis vel ecclesie parochiales vel harum alterum cum altero non fuerint.

[a] in *Paris 14457* vel

**223.**

Item, si aliqui predictorum clericorum non sint graduati vel quoad prebendam cathedralem obtinendam defectum patiantur etatis, super hoc dignemini dispensare et cum huiusmodi dispensatione mandare litteras expediri.

Concessit de gradu, de etate dispensa!

**224.**

Item, quod, si ipsi consiliarii et alii predicti vel aliorum aliqui alias forsan expectativas gratias habeant, tam illis quam istis uti possint et beneficia assequi ex utrisque, constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus.

Concessit, quoad magistros parlamenti et gref‹f›erio dumtaxat. Voluit tamen, quod, si III kalendas iulii pontificatus sui anno decimo[1] aliquis seu aliqui ex eis, ‹qui› non obtinuunt, sibi provideri de aliquo beneficio vigore alicuius ex dictis gratiis expectativis et contingat ex tunc ipsos vel aliquem ex ipsis vigore alterius ex huiusmodi gratiis expectare et assequi

aliquod beneficium valoris centum librarum secundum extimationem communem, quod alia gratia sit totaliter extincta[a].

---

[1] *1404 Juni 29*.

[a] *Layoutendnote*

## 225.

Item, quod, si aliqui ex dictis consiliariis non erant de parlamento vel aliqui ex dictis clericis non erant forsan adhuc tonsurati vel patiebantur etatis defectum vel alias non erant tempore date predicte de III idus octobris anno primo[1] tales, quales in dicto rotulo nominantur, et erant tempore date dicti rotuli, concedere[a] et decernere dignemini eorum gratias perinde valere, ac si[b] tempore date predicte de III idus ‹octobris› anno primo extitissent, constitutionibus apostolicis, regulis Cancellarie et aliis quibusvis contrariis non obstantibus quoad omnia et singula supradicta.

Concessit.

---

[1] *1394 Oktober 13*.

[a] concedere *Paris 14457* conced(end)o
[b] *Paris 14457 folgt* date

## 226.

Item, quod litteras super dictis eorum gratiis in dicto rotulo factas mandare dignemini cum prefatis suppletionibus, dispensationibus et aliis concessionibus, prout et quibus necessarie sunt, expediri, non obstantibus omnibus supradictis.

Concessit, quod in Cancellaria, cum expedientur, supplea‹n›tur.

## 227.

Item, quod in concurrentibus scriptis in rotulo primo scripti in eodem posterioribus in ordine rotuli etiam magis graduatis preferantur.

Concessit.

## 228.

Item, quod, si sanctitas vestra aliquibus, cuiuscumque gradus vel dignitatis aut status existant, qui gratias expectativas ad eandem sanctitatem vestram sub quacumque data de

dicto anno pontificatus vestri si‹mili› vel post ea habuerunt, concessit, quod gratie expectative post dictum annum primum sub data III idus ‹octobris›[1] predicta vel alia eis non noceat, sed quod preferantur, talis prerogativa dictis consiliariis ‹et› parlamenti clericis non noceat, quominus talibus cuiuscumque gradus, dignitatis aut status in assecutione etc. preferentur, quibuscumque regulis, constitutionibus vestre Cancellarie per sanctitatem vestram factis aut fiendis non obstantibus.

Concessit exceptis exceptatis supra in 2º articulo, nisi sp(eci)a(li)t(er) confor(mi)t(er) ordinet[a].

---

[1] *1394 Oktober 13*.

---

[a] *Layoutendnote*

## 229.

Item, quod, si sanctitas vestra aliquibus archiepiscopis, episcopis[a], abbatibus vel quibusvis aliis personis ecclesiasticis vel secularibus concesserit facultatem nominandi aliquas personas ad beneficia ad collationem, presentationem vel quamvis aliam dispositionem eorum vel aliorum pertinentiam cum prerogativis, quod nominandi alterius simpliciter auctoritate vestra expectantibus preferantur, talis prerogativa non noceat dictis consiliariis, quominus ipsi consiliarii talibus nominatis in assecutione etc. preferantur.

Concessit.

---

[a] episcopis *Paris 14457* capellanis

## Prerogative rotuli universitatis Parisiensis. Supplicationes tradite domino nostro pape per nuntios universitatis Parisiensis super rotulo per eam presentato

## 230.

Primo dignetur sanctitas vestra dictum rotulum et contentata in eodem solito clementie eiusdem sanctitatis more benigne recipere et defectus tam iuris quam facti aut ignorantie misericorditer supplere.

Concessit dominus noster, quod in confectione litterarum supplicationum in rotulo principali dicte universitatis contentarum suppleantur defectus in Cancellaria per me[a1].

---

[1] *Wohl der Vizekanzler*.

---

[a] *Layoutendnote*

**231.**

Item dignetur sanctitas vestra supplicationes seu gratias inferius scriptas sub data primi anni et mensis vestre creationis ac pontificatus solitaque clementia[a] summorum pontificum cum prerogativis date ante omnes alias universitates cuiuscumque studii generalis signare et expediri mandare.

Concessit, quod dictarum supplicationum rotulus datetur sub data XV kalendas novembris anno X[1]. Item, quia universitas Parisiensis non habuit rotulum anno primo[2] creationis dicti domini nostri, concessit, quod huiusmodi data habeantur perinde, ac si esset rotulus signatus sub data XV kalendas novembris anno primo[3], et contenti in huiusmodi rotulo habeant tales concurrentias et prerogativas.

---

[1] *1403 Oktober 18*.
[2] *1394 Oktober 11 - 1395 Oktober 10*.
[3] *1394 Oktober 18*.

---

[a] solitaque clementia *Paris 14457* solitamque clementiam

**232.**

Item, cum tempore date per sanctitatem vestram in dictis supplicationibus seu gratiis ponende, ut speramus, nonnulli de suppositis eiusdem filie presenti rotulo subscripti magistrati vel graduati, presbiteri aut in sacris ordinibus constituti studentes in dicta universitate minime fuissent, prout nunc sunt, dignetur sanctitas vestra gratias eisdem concessas aut in dicto rotulo concedendas expediri mandare, non obstantibus predictis, et decernere perinde valere, ac si tempore date fuissent in eisdem gradibus et ordinibus, prout nunc sunt, constituti.

Concessit quoad ordines simpliciter, ut petitur. Quoad gradus vim concessit quoad magistros in theologia et doctores in iure et magistros in medicina et in artibus, qui sunt licentiati in theologia vel in iure vel baccalarii formati in theologia vel magistri in artibus actu regentes.

**233.**

Item ad id de illis, qui tempore dicte date non habebant etatem legitimam ad obtinendum beneficia curata et de presenti sunt sufficientes et alias habilitati et idonei ad eadem.

Concessit.

**234.**

Item idem de illis, qui patiebantur defectum natalium.

Concessit.

**235.**

Item ad id de illis, qui tempore date dicti rotuli habebant beneficia, que postea dimiserunt, vel postmodum assecuti sunt beneficia, que nunc exprimunt, vel qui nullum tunc[a] habebant beneficium et nunc habent, que exprimunt, vel qui tunc[b] habebant beneficia etiam curata, que nunc obtinent, et cum gratiis eis factis vel faciendis in dicto rotulo possint beneficia etiam curata retinere et duo incompatibilia usque ad biennium cum facultate permutandi unum beneficiorum illorum incompatibilem cum alio patibili misericorditer dispensatis valeant obtinere, et super hiis omnibus mandare fieri et expediri litteras apostolicas opportunas in Cancellaria cum commissione ad partes pro quolibet, licet in supplicationibus singularibus non petatur, non obstantibus quibuscumque regulis vel constitutionibus aut iuribus in contrarium, et cum aliis non obstan(tiis) et clausulis opportunis, ut in forma.

Concessit, quod solum teneantur exprimere beneficia, que obtinebant tempore confectionis huiusmodi rotuli et non alia, et quod magistri in theologia et doctores in iure possint retinere usque ad summam II[c] librarum et alii usque ad taxam in regulis Cancellarie contentam, dum tamen sint compatibilia.
Item concessit, quod magistri, licentiati et baccalarii formati in theologia, doctores in iure et magistri in medicina possint obtinere duo beneficia incompatibilia, dum tamen ambo ecclesie parochiales, maiores dignitates in cathedralibus vel principales in collegiatis vel unum principalis ecclesia et aliud maius in cathedrali vel prinicipali in collegiata dignitas vel unum maior dignitas in cathedrali et aliud principalis in collegiata non fuerint.

---

[a] tunc *Paris 14457* nunc

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[b] tunc *Paris 14457* nunc

### 236.

Item sanctitas vestra dignetur declarare et decernere nullum preiudicium fieri nonnullis in presenti rotulo supplicantibus, qui tempore date dicti rotuli beneficia obtinebant, que postea dimiserunt, et de illis mentionem in supplicationibus hic insertis non faciunt, dumtaxat de illis, que nunc obtinent.

Concessit, prout est expressum in superiori proximo articulo.

### 237.

Item, et quod illi, qui obtinuerunt beneficia curata post datam dicti rotuli, possint et valeant uti gratiis eis factis vel faciendis etiam quoad beneficia curata nec per hec gratie quoad beneficia curata expirent, cum obligatione permutandi unum ‹in›compatibile cum alio compatibili infra biennium.

Concessit, quod possint uti gratiis in dicto rotulo contentis etiam quoad beneficia curata, non obstantibus beneficiis curatis, que obtinebant tempore confectionis huiusmodi rotuli et quod per assecutionem beneficii curati aliud incompatibile vacet, salva concessione et limitatione facta super responsione ad quintum.

### 238.

Item, si aliquis ad duas vel plures collationes disiunctive in eadem supplicatione petat sibi provideri, illam collationem, quam maluerit, valeat in litteris conficiendis eligere.

Concessit, dum tamen eligat infra annum a tempore presentationis dicti rotuli.

### 239.

Item, quod sumptum de Cancellaria de omnibus et singulis articulis presenti rotulo inscriptis post eorum signationem plenam fidem et probationem faciat in iudicio et extra et eis fides adhibeatur plena, prout in constitutionibus Cancellarie adhibetur.

Concessit, quod adhibeatur fides sicut aliis constitutionibus Cancellarie, dum tamen sint sigillate et signate per me, prout fieri est consuetum, dum alie constitutiones Cancellarie producuntur.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

**240.**

Item, quod magistri in sacra pagina, doctores decretorum, magistri in medicina et artibus et eorum quilibet possit uti duabus gratiis et una nominatione regia vel alterius regalium concessa vel concedenda etiam quoad incompatibilia beneficia, etiamsi in una ipsarum de alia mentio non habeatur, et quod pendentibus effectibus dictarum earum gratiarum vel alterius ipsarum quilibet ipsorum possit permutare unum beneficium incompatibile cum alio simili vel dissimili nec propterea gratie vel gratia, que suum non sortite vel sortita fuerint vel fuerit effectum, expirent seu expiret, quodque post assecutionem alterius beneficii incompatibilis ambo possint retinere, dum tamen infra biennium unum eorum ‹cum› compatibili permutare teneantur.

Concessit, quod magistri in theologia et doctores in iure et medicina possint uti duabus gratiis expectativis quantum ad compatibilia, dum tamen in una de alia in confectione bullarum mentio habeatur et una sortita effectum alia viribus vacuetur, dum tamen beneficium acceptatum valeat communiter centum libras in portatis.

**241.**

Item in expectationibus et reformationibus gratiarum, quas petunt, habeant ad quamcumque taxam sive summam.

Concessit, quod magistri et licentiati in theologia, doctores in iure et magistri in medicina habeant ad quamcumque summam et alii ad taxam ordinatam in Cancellaria.

**242.**

Item, quod super expectationibus seu gratiis, quas petunt, littere ad quorumcumque collationem, presentationem etc. in ecclesia, civitate, diocesi, que valeant expediri, licet hoc in singulis supplicationibus non petatur.

Concessit, quod in confectione litterarum possit suppleri, si fuerit omissum, et quod virtute gratie eis concesse possint acceptare beneficia vacantia ad collationem etc. collatorum per ipsos petita‹m›, sive sit in ecclesia, civitate vel diocesi, dum tamen in confectione litterarum non detur eis nisi ad unicam collationem.

**243.**

Item, quod gratie expectative cum clausula „Anteferri“ seu „III idus“ aut alia quacumque data quibuscumque personis, cuiuscumque status, dignitatis vel conditionis existant, concesse vel concedende magistris in hoc rotulo nominatis quoad assecutionem beneficii vigore unius gratie, quam elegerunt assequendam, non preiudicent, nisi tales persone cardinales, auditores sacri Palatii, familiares seu officiari‹i› eiusdem sanctitatis vestri continui et commensales aut equigraduati existant.

Concessit, quantum ad datas de III idus ‹octobris› vel alias precedentes datam universitatis obtentas per anticipationem, quod magistri in theologia vel doctores in iure et alii contenti supra in quinto articulo, et etiam magistris in artibus regentibus non noceant vel preiudicent date predictorum de III idus vel alie precedentes datam dicti rotuli, nisi sint magistri in theologia vel doctores in iure vel maiores vel equales in gradu, ut in dicto articulo premittitur.

**244.**

Item, quod littere facultatum seu quecumque gratie sub quacumque verborum forma etiam cum clausula „Anteferri“ concesse vel concedende archiepiscopis, episcopis, abbatibus, abbatissis, prioribus, priorissis et capitulis cathedralium seu collegiatarum ecclesiarum tam regularium quam secularium seu quibuscumque aliis personis de providendo certis clericis seu personis idoneis alterius vicibus aut alias de beneficiis quibuscumque magistris in theologia, doctoribus decretorum, magistris in medicina ac magistris in artibus predictis nullo modo noceant aut preiudicent quovis modo quoad assecutionem beneficii etiam curati, canonicatus et prebende, dignitatis, officii, personatus etiam curati in ecclesia cathedrali virtute unius gratie, quam elegerunt.

Concessit quantum ad magistros in theologia, doctores in iure et magistros in medicina. Quantum ad alios concessit, quod maior in gradu et prerogativa prefertur et in paritate nominatus per ordinarium preferatur.

**245.**

Item, quod gratie, si et in quantum reperiantur inutiles, reformari valeant in eadem data.

Concessit, quod super hoc in confectione litterarum provideatur eisdem in Cancellaria vel per consilium, ubi casus requiret.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

**246.**

Item, quod, etsi qui ex predictis petunt sibi provideri de beneficio sine cura, dumtaxat possit et valeat eorum supplicatio reformari ad beneficia etiam curata, digneturque sanctitas vestra de duobus annis et super defectu[a] natalium, si indigeant, cum in presenti rotulo inscriptis misericorditer dispensare.

[a] defectu *Paris 14457* defectum

**247.**

Item, quod, etsi qui ex predictis in ecclesiis exceptis petant sibi provideri, in quibus beneficia[a] assequi non possent; in aliis ecclesiis valeant reformari sub data predicta.

Concessit, quod, si mihi videatur collatio petita inutile, quod possim eam transmutare, attenta qualitate et conditione persone, ad aliam collationem utilem et quod possim dispensationem concedere de duobus annis a tempore date dicti rotuli secundum sufficientiam et qualitatem personarum.

[a] beneficia *Paris 14457* beneficii

**248.**

Item, quod magistri in theologia, doctores decretorum et magistri in medicina nec non magistri in artibus presentes omnibus absentibus preferantur.

Concessit in eodem gradu et ceteris paribus.

**249.**

Item, quod in facultatibus et nationibus ordo rotuli et inrotulatorum ceteris paribus observetur.

Concessit

**250.**

Item, quod magistri in theologia, doctores decretorum, magistri in medicina nec non magistri in artibus absentes in hoc rotulo conscripti valeant gaudere predictis gratiis absque tamen preiudicio presentium.

Concessit secundum limitationes in similibus articulis supra et infra scriptis.

**251.**

Item, quod magistri et doctores antedicti, quibus conceditur gratia ad collationem episcopi, prepositi, decani et capituli cum cura et sine cura, etiamsi[a] canonicatus et prebenda ac dignitas, personatus, administratio vel officium existat, accipiendo prebendam possit cum hoc virtute huius gratie dignitatem aut personatum, administrationem aut officium assequi, etiamsi simul vel successive vacaverint sive in eadem ecclesia sive in diversis simul, dum tamen ad collationem, de qua supra, fuerit.

Concessit, quod prebenda, dignitas vel personatus etc. pro uno beneficio computetur, etiamsi successive vacent.

---

[a] etiamsi *Paris 14457* etsi

**252.**

Item, quod littere apostolice super omnibus et singulis supplicationibus infrascriptis valeant expediri ***[a] cum expressione taxe seu valorum fructuum beneficiorum annuatim in portatis eisdem supplicantibus etc.

Concessit, quod super hoc serventur regule Cancellarie.

---

[a] *Lücke von 4 cm*

**253.**

Item, quod predictis magistris et graduatis eligendi confessorem unum vel plures, etiamsi ***[a] indulgentiam plenariam semel in mortis articulo concedat, et dicendi divinum servitium ad usum Romane ecclesie littere valeant expediri.

Dominus noster papa dabit particulariter magistris et doctoribus in theologia et iure, quando petent, de horis dabitur in consilio.

---

[a] *Lücke von 5 cm*

**254.**

Item, quod singulis monachis et religiosis aliis in predicta universitate studentibus et graduatis, ut prefertur, unam expectationem habentibus alia concedatur, si petant, ita ta-

men quod per assecutionem vel provisionem unius alia nullius sit momenti, et quod valeant dicti religiosi, quamdiu fuerunt studentes in dicta universitate, carnibus uti.

Concessit, ut supra, in decimo articulo.

---

**255.**

Item voluit et[a] ordinavit, quod omnes supplicationes[b] tam particulares[c] quam rotulares pro quibuscumque personis[d] ut consiliariis, secretariis, officiariis seu familiaribus cardinalium, regum, ducum, comitum, principum seu aliorum quorumcumque sive pro beneficiis vacantibus aut certo modo[e] vacaturis sive pro[f] gratiis expectativis sibi[g] porrecte et in antea porrigende, nisi tales persone tempore porrectionis[h] vel date supplicationum huiusmodi veri consiliarii, secretarii, officiarii seu familiares illorum, quorum nomine huiusmodi supplicationes formate vel porrecte fuerunt vel erunt[i] in posterum, obsequiis et servitiis veraciter[j] insistentes[k] fuerint, sint[l] subreptitie et invalide ipso facto[m].

[a] voluit et *fehlt Paris 14457*
[b] supplicationes *Reims 771* supp(lican)tes
[c] particulares *VL 3983* speciales alias particulares
[d] *VL 4989 folgt* existat
[e] modo *fehlt Wien 5474*
[f] pro *fehlt Paris 14457*
[g] sibi *fehlt VL 4989*
[h] porrectionis *Berlin 861(a)* correctionis
[i] vel erunt *Berlin 861(b)* valerent
[j] *RA 327 folgt* eorum
[k] insistentes *fehlt Paris 14457*
[l] sint *Wien 5474* sive
[m] fuerunt - facto *fehlt Berlin 861(a)*

**256.**

Item idem dominus noster, Massilie[1], die II septembris pontificatus sui anno decimo[a2], reservavit dispositioni sue omnes canonicatus et prebendas ac prioratus, dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica secularia[b] et regularia cum cura et sine cura, qualiacumque fuerint, in comitatu Venaissini[3] ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis consistentia tunc vacantia et in antea vacatura.

[1] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *1404 September 2.*
[3] *Comtat Venaissin, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.

[a] decimo *RA 327* X
[b] secularia *fehlt RA 327*

## 257.

Dominus noster, XVIII mensis octobris pontificatus sui anno X[1], voluit et ordinavit, quod, quicumque supplicaverit de aliquo beneficio tamquam de vacante et obtinens huiusmodi beneficium adhuc vivat, sit illa vice inhabilis et incapax ad dictum beneficium obtinendum[a].

[1] *1403 Oktober 18.*

[a] *Layoutendnote*

## 258.

| *IM 5245, RA 327, VL 3983.* | *Wien 5474.* |
|---|---|
| Dominus noster papa[a] declaravit sue intentionis non fuisse nec esse, quod beneficia infra comitatum Venaissini[1] consistentia, que secundum verum valorem in portatis non excedunt summam XV librarum Turonensium, includantur in reservatione prescripta[b2] per eum super beneficiis dicti comitatus facta. | Item reservavit beneficia comitatus Venaissini, Massilie[3], die ***[c], si excedant valorem XV librarum in portatis. |

[1] *Comtat Venaissin, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*
[2] = *Nr. 156*.
[3] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.

[a] papa *fehlt RA 327*
[b] prescripta *fehlt IM 5245, VL 3983*
[c] *Lücke von ca. 2 cm*

## 259.

Item idem dominus noster, nonis iunii anno XV[1], declaravit canonicatus et prebendas ecclesie Carpentoratensis[a2], etiamsi dictam summam XV libras non excedant, reservatos existere ac sub huiusmodi declaratione minime comprehendi[b].

[1] *1409 Juni 5.*
[2] *Carpentras, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*

[a] Carpentoratensis *VL 3983* Campentonacensis
[b] *Layoutendnote*

## 260.

Sanctissimus in Christo pater ac dominus dominus noster Benedictus papa[a] XIII, XXVIII die novembris pontificatus sui anno XI[b1], Massilie[2] apud sanctum Victorem, consistorialiter presidendo transtulit Romanam curiam de civitate Avinionensi ad civitatem Niciensem[c3].

---

[1] *1404 November 28.*
[2] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[3] *Nizza, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.

---

[a] papa *fehlt RA 327, VL 3983*
[b] XI *IM 5245* decimo
[c] *Layoutendnote*

## 261.

Postmodum vero, eadem die[1], idem dominus noster voluit, quod litterarum Audientie contradictarum ac causarum Palatii apostolici auditores et alii commissarii auctoritate sua in eadem curia deputati in causis eis commissis et committendis usque ad XVIII diem mensis decembris proxime futuri[2] inclusive perinde procedere possint, ac si translatio huiusmodi minime facta foret[a].

---

[1] *(1404 November 28).*
[2] *1404 Dezember 18.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 262.

Cum dominus noster papa Benedictus XIII ordinasset bullas debere[a] confici infra certi temporis spatium[b] per eum limitatum super certis gratiis diversis personis factis vel fiendis, alias ipse gratie etc., prout in eius constitutionibus plenius continetur, multique, qui huiusmodi gratias obtinuerunt, fuerint dicto tempore vel eius parte adeo impediti et quidam ex eis etiam dictas constitutiones ignorantes vel etiam ex aliis causis rationabilibus, quod bullas super dictis gratiis minime confecerunt[c] nec forsan poterunt breviter expedire, voluit idem dominus noster et vive vocis oraculo mihi Iohanni[1] sancte Romane ecclesie vicecancellario commisit et mandavit, quod ego auctoritate sua dictum tempus singulis prorogarem etiam[d] post lapsum dicti triennii[e] ad aliud tempus competens secundum qualitates personarum, locorum distantiam, impedimentorum varietatem et causas alias rationabiles allegandas et per me examinandas[f], volens non obstantibus predictis constitutionibus dictas gratias in suo robore permanere, dum tamen bulle conficiantur infra terminum temporis prorogandi[g], etiamsi per me post lapsum dicti triennii per ipsum prefixi idem

terminus prorogetur[h] vel noviter indulgeatur. Voluit tamen, quod dictum[i] tempus in suis constitutionibus limitatum nulli computaretur vel curreret a die[2], qua recessit de Massilia[3], usque ad primam diem ianuarii[4] inclusive. Et ita mihi vicecancellario predicto mandavit viva voce[j], Massilie, die XXV mensis novembris pontificatus sui anno XI[5].

---

[1] *Johannes de Broniaco.*
[2] *(1404 November 28)*.
[3] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[4] *(1405) Januar 1.*
[5] *1404 November 25.*

---

[a] debere *fehlt IM 5245*
[b] certi - spatium *VL 3983* certum tempus
[c] confecerunt *VL 3983* conferunt
[d] etiam *VL 3983* etiamsi
[e] triennii *IM 5245* termini
[f] per me examinandas *IM 5245* prexaminandas *(!)*
[g] prorogandi *IM 5245* perrogandi *(!)*
[h] prorogetur *IM 5245* perrogetur *(!)*
[i] dictum *IM 5245* dictus
[j] viva voce *IM 5245* vive vocis

## 263.

QUOD PREROGATIVE POST EXITUM PALATII CONCESSE QUIBUSVIS NON PREIUDICENT FAMILIARIBUS DE OBSIDIONE[a].

Item voluit et ordinavit dominus noster, X[b] kalendas septembris[c] anno XI[d1], quod familiaritates[e] seu gratie expectative cum prerogativis familiaribus[f] quibuscumque[g] quibusvis personis, cuiuscumque gradus, nobilitatis aut conditionis existant, post exitum a Palatio suo apostolico Avinionensi[2] concesse[h] nullo modo preiudicent gratiis factis familiaribus suis in dicto Palatio tempore obsidionis existentibus.

---

[1] *1405 August 23.*
[2] *1403 März 12, vgl. GIRGENSOHN, Schisma S. 204.*

---

[a] Quod - obsidione *IM 5245*
[b] X *IM 5245* decimo
[c] septembris *IM 5245* novembris
[d] XI *IM 5245* undecimo
[e] familiaritates *IM 5245* familiares
[f] familiaribus *IM 5245* familiarum*; VL 3983* familiaris
[g] quibuscumque *VL 3983* qualibuscumque
[h] concesse *VL 3983* concessis

## 264.

Item idem dominus noster, die XXVII mensis augusti pontificatus sui anno XI[a1], voluit et ordinavit, quod omnes et singule gratie tam beneficiales quam alie qualescumque, etiam super quibus littere sub sigillo bone memorie domini[b] Ferdinandi[2] cardinalis Tirasonensis sunt expedite, per eum a tempore assumptionis sue ad summum pontificium[c] facte et concesse, super quibus littere apostolice infra tempus per alias suas constitutiones et ordinationes prefixum et statutum confecte non fuerunt et que secundum constitutiones ipsas invalide seu nullius roboris[d] vel momenti dici possent vel reputari, etiamsi de materia earundem constitutionum et ordinationum ac de ipsis in causis aliquibus etiam in curia Romana dictum[e] sit et articulatum, nec non processus habiti per easdem et quecumque inde secuta perinde a data eorum valuerint et valeant et plenam obtinere debuerint et debeant roboris firmitatem, ac si dicte constitutiones et ordinationes facte et tempus super confectione[f] dictarum litterarum per eundem dominum nostrum prefixum aut statutum non extitissent, dum tamen illi, qui nondum fecerunt super huiusmodi gratiis bullas confici, eas infra sex menses a die predicta computandos confici faciant et procurent.

---

[1] *1405 August 27.*
[2] *Ferdinandus Perez Calvillo.*

---

[a] XI *IM 5245* undecimo
[b] domini *fehlt IM 5245, RA 327*
[c] pontificium *IM 5245* pontificem*; VL 3983* pontificum
[d] roboris *RA 327* valoris
[e] dictum *RA 327* datum
[f] super confectione *RA 327* si per confectionem

**265.**

Dominus noster papa, Saone[1], kalendis ianuarii pontificatus sui anno duodecimo[a2], prefatas voluntatem et ordinationem prorogavit ad duos menses a fine dictorum sex mensium computandos[b].

---

[1] *Savona, Ligurien, Italien*.
[2] *1406 Januar 1.*

---

[a] duodecimo *VL 3983* XII
[b] ad - computandos *fehlt RA 327*

**266.**

Item idem dominus noster, Saone[1], XII kalendas aprilis anno predicto[2], easdem voluntatem et ordinationem iterum prorogavit[a] ad alios sex menses a fine dictorum duorum mensium computandos.

[1] *Savona, Ligurien, Italien*.
[2] *1406 März 21.*

[a] Item - prorogavit *fehlt RA 327*

## 267.

Item idem dominus noster, Nicie[1], IIII nonas octobris anno XII[2], voluntatem et ordinationem predictas iterum prorogavit ad alios sex[a] menses a fine dictorum sex mensium computandos.

[1] *Nizza, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *1406 Oktober 4*.

[a] sex *VL 3983* VI

## 268.

Item idem dominus noster, Massilie[1], VIII kalendas maii pontificatus sui anno XIII[2], voluntatem et ordinationem predictas iterum prorogavit ad alios sex menses a fine dictorum sex mensium computandos[a].

[1] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *1407 April 24.*

[a] *Layoutendnote*

## 269.

Dominus noster papa, Saone[1], die veneris XXII mensis ianuarii pontificatus sui anno XII[2], declaravit sue intentionis fuisse et etiam[a] existere, quod beneficia quorumcumque morientium in Avinione fuerint et sint perinde sue dispositioni reservata, ac si Romana curia ibidem resideret, donec aliud super hoc duxerit ordinandum.

[1] *Savona, Ligurien, Italien*.
[2] *1406 Januar 22*.

[a] etiam *fehlt VL 3983*

## 270.

QUOD CARDINALES SEQUENTES PREFERANTUR ALIIS CARDINALIBUS[a].

Cupientes ac volentes venerabiles fratres nostros sancte Romane ecclesie cardinales, qui zelo fidei catholice et[b] pro sancte matris ecclesie unione[c] procuranda laboribus et personarum periculis se ipsos exponentes ac sumptibus importabilibus[d] subicientes[e] nos usque ad presentem civitatem Niciensem[1] concomitati sunt et secuti[f] pariterque usque ad[g] civitatem Ianuensem[2] sequentur et concomitabuntur[h], gratiarum[i] muneribus consolari et honorare, motu proprio volumus et[j] statuimus et etiam ordinamus, quod ipsorum singuli quoad effectum plenarium[k] gratiarum expectativarum per eos obtentarum et obtinendarum in posterum omnibus aliis etiam Romane ecclesie cardinalibus absentibus auctoritate apostolica[l] expectantibus etiam in data prioribus seu alternantibus cum eisdem[m] in assecutione beneficiorum preferantur, non obstantibus quibuscumque clausulis in litteris apostolicis expressis et constitutionibus ac ordinationibus apostolicis contrariis, et pro[n] singulis motu proprio volumus litteras expediri. Datum Nicie, kalendis maii pontificatus nostri[o] anno XI[p3].

---

[1] *Nizza, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *Genua, Ligurien, Italien.*
[3] *1405 Mai 1.*

---

[a] Quod - cardinalibus *IM 5245*
[b] zelo - et *Berlin 861* benigne
[c] unione *Berlin 861* unionis
[d] importabilibus *IM 5245* incomptibilibus
[e] subicientes *VL 3983* rasubiacum *(!); VL 4989* subicituris
[f] et secuti *fehlt IM 5245*
[g] *VL 4989 folgt* presentem
[h] sequentur *RA 327, VL 4989* sequuntur
[i] gratiarum *IM 5245* gratiam
[j] procuranda – et *Berlin 861* procreanda nos in presenti civitate Ianuense concomitant(is) et secuti sunt gratiarum muneribus honorare
[k] plenarium *fehlt Berlin 861*
[l] apostolica *Berlin 861* nostra
[m] etiam in - eisdem *fehlt Berlin 861*
[n] pro *fehlt Berlin 861*
[o] nostri *VL 4989* sui
[p] Datum – XI *fehlt Berlin 861;* XI *IM 5245, VL 4989* undecimo

## 271.

QUOD SEQUENTES DOMINI NOSTRI PREFERANTUR ALIIS EXCEPTIS FAMILIARIBUS[a].

| *IM 5245, RA 327, VL 3983, VL 4989.* | *Berlin 861.* |
|---|---|
| Singulis autem personis aliis secularibus et regularibus graduatis et non graduatis quibuscumque, que ipsum et Romanam[b] curi- | Item, cum sit de stilo et consuetudine diutius observatis, quod in rotulis principalibus prima data erat et est Romani pontificis viven- |

| | |
|---|---|
| am secuti sunt et de presenti sequuntur et sequentur[c], concessit et concedit de gratia speciali, quod omnibus aliis et singulis expectantibus cum eis in data concurrentibus, qui ipsum et curiam predictam non sequuntur, dummodo sui familiares continui commensales non fuerint, in assecutione beneficiorum vigore gratiarum expectativarum sibi factarum et fiendarum preferantur. Datum Nicie[1], kalendis maii pontificatus nostri anno undecimo[d2]. | tis, secunda est eius predecessoris, tertia est illorum, qui eos associaverunt in conclavi, quarta est rotulorum ipsorum principalium, in quibus sunt pauci numero, multique per importunitatem vel alias extra dictos rotulos principales obtinuerunt datas datas rotulorum cardinalium precedentes adeo, quod quasi rotuli cardinalium redduntur inutiles propter multitudinem predictorum, nos volumus et declaramus nostre intentionis fuisse et existere, quod contenti in dictis rotulis cardinalium principalibus, qui tamen nos sequuntur, veniant secundum suum consuetum ordinem in gratiis factis anno primo et decimo. |

[1] *Nizza, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *1405 Mai 1.*

[a] Quod - familiaribus *IM 5245 am rechten Rand und am linken* Nota, quod aliqui fuerunt familiares continui commensales et non sequuntur dominum nostrum
[b] Romanam *IM 5245, VL 4989* eandem
[c] et sequentur *fehlt VL 4989*
[d] Nicie - undecimo *IM 5245, RA 327, VL 3983* ut supra

**272.**

Dominus noster, XII kalendas augusti, in civitate Ianuensi[1], anno XI[2], voluit et etiam declaravit[a] sue intentionis esse et fuisse, quod gratie tam expectative quam de vacantibus aut quoquomodo vacaturis per eum de canonicatibus et prebendis, dignitatibus, personatibus aut officiis, administrationibus, preceptoriis et aliis quibuscumque beneficiis ecclesiasticis curatis et non curatis etiam electivis et post pontificales maioribus aut in ecclesiis collegiatis seu conventualibus principalibus[b] facte vel faciende concubinariis notoriis sint nulle et invalide ipso facto sine alia quacumque iuris vel honoris declaratione.

[1] *Genua, Ligurien, Italien*.
[2] *1405 Juli 21*.

[a] declaravit *RA 327* ordinavit
[b] et post – principalibus *fehlt RA 327*

**273.**

Dominus noster, VI idus martii anno XII[1], voluit et etiam declaravit sue intentionis esse et hactenus fuisse[a], quod omnes canonicatus et prebende ac prioratus, dignitates, personatus, officia et administrationes ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura vel sine cura, ad que, quos vel quas etiam consueverit quis per electionem assumi, qualiacumque et in numero quotcumque fuerint, omnium electorum religiosorum et secularium clericorum concorditer vel a maiori et saniori parte capitulorum, conventuum, collegiorum, quocumque nomine censeantur, ad sedem apostolicam pro confirmatione suarum electionum venientium, etiam ultra duas[b] dietas a curia Romana quantumcumque[c] remoti fuerint, decedentium vel quicumque sint etiam a minori parte electi, qui confirmationem electionum suarum a sede apostolica obtinebunt, eo ipso generaliter reservata existant.

Tradite domino vicecancellario[2] per abbatem sancti Saturnini Tholosani[d3] referendarium[e] ex parte domini nostri pape, XIII die[f] mensis martii anno XII[4], Saone[5].

---

[1] *1406 März 10*.
[2] *Johannes de Broniaco.*
[3] *Aimericus Natalis.*
[4] *1406 März 13*.
[5] *Savona, Ligurien, Italien*.

---

[a] fuisse *fehlt RA 327*
[b] duas *fehlt RA 327*
[c] quantumcumque *RA 327* quicumque
[d] Tholosani *VL 3983* Tholose
[e] referendarium *RA 327* referendarii
[f] XIII die *fehlt RA 327*

**274.**

Ad futuram rei memoriam. Dudum videlicet, VI idus augusti pontificatus nostri anno X[1], ad nostram audientiam deducto, quod monasterium sancti Victoris Massiliensis[2] ad Romanam ecclesiam[a] nullo medio pertinens ordinis sancti Benedicti in spiritualibus et temporalibus tam in capite quam in membris correctione et reformatione quamplurimum indigebat, dilectis filiis de Abundantia[3] et sancti Iohannis de Pina[b4] ac Iocundensis[5] Gebennen-

---

[1] *1404 August 8.*
[2] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[3] *Abondance, Rhône-Alpes, Frankreich.*
[4] *San Juan de la Peña, Aragonien, Spanien.*
[5] *Joucou, Languedoc-Roussillon, Frankreich*.

sis[6], Oscensis[7] et Electen(sis)[8] diocesis monasteriorum abbatibus nostris dedimus litteris in mandatis, quatenus ad dictum monasterium personaliter accedentes de omnibus et singulis, que statum prosperum et reformationem ipsius monasterii concernerent, se informarent et omnia ac singula, que in dicto monasterio correctionis seu reformationis[c] auxilio cognoscerent indigere, tam in capite quam in membris corrigere et reformare curarent, prout in dictis nostris litteris plenius continetur, ac ex tunc nostre fuit intentionis et voluimus, quod prioratus, dignitates, personatus, administrationes et officia ac alia[d] beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura tam dicti monasterio quam ab eodem dependentia consueta per monacos ipsius monasterii gubernari, etiamsi ad illos, illas vel illa consueverint qui per electionem assumi, que[e] per obitum illa obtinentium vel alias quovismodo a die date dictarum litterarum usque ad quinto[f] kalendas septembris anni domini millesimi quadrigentesimi[g] quinti[9] vacare contingeret, forent dispositioni nostre reservata, et decernimus[h] ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ne autem de intentione, voluntate et decreto nostris[i] predictis valeat hesitari, illa fecimus presentibus annotari. Nulli ergo etc. Datum Ianue[10], III kalendas augusti anno XI[11].

Ita mandavit dominus noster ad relationem reverendissimi patris domini cardinalis Pampilonensis[j12] reverendissimo patri domino Iohanni[13] cardinali Ostiensi sancte Romane ecclesie vicecancellario.

---

[6] *Genf, Schweiz.*
[7] *Huesca, Aragon, Spanien.*
[8] *Alet-les-Bains, Languedoc-Roussillon, Frankreich.*
[9] *1405 Juli 30.*
[10] *Genua, Ligurien, Italien.*
[11] *1405 Juli 30*.
[12] *Michael de Salva*.
[13] *Johannes de Broniaco*.

---

[a] ecclesiam *VL 3983* curiam
[b] Spina *RA 327* Pina
[c] reformationis *RA 327* informationis
[d] alia *VL 3983* talia
[e] que *VL 3983* quam
[f] quinto *VL 3983* V
[g] quadrigentesimi *RA 327* CCCC
[h] decernimus *VL 3983* decrevimus
[i] nostris *VL 3983* modis
[j] *RA 327, VL 3983 folgt* I‹ohannes› Ostien(sis)

**275.**

Sanctissimus dominus noster dominus Benedictus papa XIII, kalendis aprilis anno XII[1], audita querela multorum, qui coram aliquibus ex reverendissimis patribus dominis cardinalibus et[a] quibusdam aliis commissariis pro causis audiendis et fine debito terminandis a sede apostolica deputatis in Massilia[2] et in Saona[3] domino nostro ibidem et curia sua in Avinione et in Naulo[4] successive residente litigarunt, prout litigant de presenti, et per aliquos ex dictis cardinalibus et commissariis[b] etiam alique sententie interlocutorie et difinitive prolate fuerunt sine alio speciali et novo mandato de extra curiam procedendo, et quia tales processus agitatos et sententias huiusmodi sic[c] prolatas quamplures ex litigantibus ex causa nullitatis impugnari nituntur, cupiens obviare indemnitatibus huiusmodi litigantium et, ut celerius finis litibus imponatur, ne lites ex litibus oriantur et litigantes releventur laboribus et expensis et iurgantium controversie maxime beneficiales celeri sententia secundum equitatem terminentur, voluit, ordinavit et etiam declaravit sue intentionis esse et fuisse, quod dicti processus et sententie omnes et singuli causa sive occasione huiusmodi de nullitate nullo modo valeant impugnari, sed perinde teneant ac recipiantur, ac si in ipsa curia agitati et prolate fuissent, dummodo bona fide ipsi commissarii processerint, super quo eorum conscientie stetur. Volens non solum ad futuras lites, sed etiam ad preteritas et adhuc etiam per appellationem pendentes hoc extendi et, si secus actum fuerit, decrevit fore irritum et inane.

Reverendissimus pater dominus noster vult, quod presens constitutio inseratur in libro Cancellarie[d].

---

[1] *1406 April 1*.
[2] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[3] *Savona, Ligurien, Italien.*
[4] *Noli, Ligurien, Italien.*

---

[a] *RA 327 folgt* pro
[b] et commissariis *fehlt VL 3983*
[c] sic *RA 327* sit
[d] *RA 327 folgt* s(anctitatis) s(ue)

## 276.

Reverendissimo in Christo patri ac domino cardinali Ostiensi[1] sancte Romane ecclesie vicecancellario domino suo specialissimo. Cum dominus noster papa, Saone[2], die veneris XXII mensis ianuarii pontificatus sui anno XII[3], declaraverit sue intentionis fuisse et existe-

---

[1] *Johannes de Broniaco.*
[2] *Savona, Ligurien, Italien*.
[3] *1406 Januar 22.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

re, quod beneficia quorumcumque morientium in Avinione fuerint et sint perinde sue dispositioni reservata, ac si Romana curia[a] ibidem resideret, donec aliud super hoc duxerit ordinandum ad officia quecumque etiam temporalia seu secularia ad collationem sive donationem personarum ecclesiasticarum ratione administrationum, officiorum, personatuum aut aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque sive dignitatum abbatialium, episcopatuum, archiepiscopatuum aut patriarchalium pertinentia, kalendis februarii anno predicto[4], voluit et declaravit premissam declarationem ex certa scientia extendi.

De mandato domini nostri pape registrentur in Cancellaria. S(anctitatis) s(ue)[b] domini nostri pape referendarii[c].

[4] *1406 Februar 1.*

[a] curia *RA 327* ecclesia
[b] Ottenthal sanctissimi
[c] De - referendarii *fehlt RA 327; VL 3983 folgt auf neuer Zeile* Dominus noster papa Benedictus

**277.**

Item idem dominus noster, XIIII kalendas septembris pontificatus sui anno XII[1], voluit et ordinavit, quod, si contingat in antea aliquas personas seculares aut regulares beneficia sua ecclesiastica, quecumque et qualiacumque fuerint, generaliter vel specialiter reservata apud sedem apostolicam vel extra illam etiam in manibus ordinariorum permutare et tempore permutationis huiusmodi causa reservationum ipsarum cessaverit, nihilominus beneficia eis causa dicte permutationis quacumque auctoritate collata perinde reservata existant, sicut illa, que permutata fuerunt per easdem, decernendo irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

[1] *1406 August 19*.

**278.**

Item idem dominus noster papa, XIIII kalendas novembris pontificatus sui anno XIII[1], declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod quotienscumque ipse dudum prorogavit et in posterum prorogaret motu suo proprio aut alias tempus ad conficiendum litteras apostolicas super gratiis expectativis quam de aliis quibusvis personis sub quacumque verborum forma per eum concessis, quod etiam tempus ad eligendum certam collationem quoad

[1] *1406 Oktober 19*.

illos, qui impetrarunt ad diversas collationes alternative, pari forma esset et sit etiam prorogatum[a].

[a] *Layoutendnote*

**279.**

Item idem dominus noster papa Benedictus XIII, idus decembris pontificatus sui anno XIII[1], voluit et ordinavit, quod super gratiis, cuiuscumque tenoris existant, concedendis super beneficiis generaliter reservatis in forma „Si neutri“ non expediantur littere, nisi fuerint signate per „Fiat“[a].

[1] *1406 Dezember 13.*

[a] *Layoutendnote*

**280.**

Dominus noster Benedictus papa XIII, kalendas augusti pontificatus sui anno XIII[1], Massilie[2], voluit et ordinavit dignitates, personatus, administrationes, officia et omnia alia beneficia regularia et secularia, qualiacumque sint, sequentium Romanam curiam, quos in Massilia decedere contingeret vel infra duas dietas a civitate Massiliensi usque ad ingressum suum in Nicia[3], etiam illorum sequentium curiam, quos post recessum suum de Nicia[a] ad civitatem Saonam[4] contingeret vita fungi vel infra duas dietas ab ipsa civitate Niciensi, collationi sedis apostolice fore reservata.

Ianue[5], XII novembris anno XIIII[6], fuit scripta in libro Cancellarie et ibidem publicata.

[1] *1407 August 1.*
[2] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[3] *Nizza, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[4] *Savona, Ligurien, Italien.*
[5] *Genua, Ligurien, Italien*.
[6] *1407 November 12*.

[a] Nicia *VL 3983* curia alias de Nicia

**281.**

Pater reverendissime! Dominus noster papa nuper dixit paternitati vestre reverendissime presentibus dominis cardinalibus, quod erat declaratio et quod volebat, quod scriberetur in libro Cancellarie per declarationem et quod valeat a die edictionis. Dignetur igitur eadem vestra paternitas reverendissima mandare eam corrigi. Sequuntur verba domini vice-

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

cancellarii „Scribatur sic in libro Cancellarie, quia sic dixit me presente“, Io‹hannes› Ostiensis[a1].

[1] *Johannes de Broniaco*.

[a] *Layoutendnote*

**282.**

Dominus noster papa Benedictus XIII, in civitate Saone[1], kalendis decembris pontificatus sui anno XIIII[2], voluit et ordinavit, quod, quicumque ab eodem de cetero[a] absque motu proprio impetraret canonicatus et prebendas ac prioratus, dignitates, personatus et[b] officia ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura vel sine cura quecumque et qualiacumque, etiam electiva, etiam post pontificales maiora aut in ecclesiis collegiatis principalia vacantia vel vacatura, teneatur extense facere mentionem expressam de omnibus non obstantiis[c] suis beneficialibus, alias huiusmodi impetratio seu provisio absque quacumque declaratione eo ipso sit cassa et nullius efficacie vel momenti.

Ita voluit et ordinavit dominus noster anno, mense et die quibus supra[3], Condomiensis[4].

[1] *Savona, Ligurien, Italien*.
[2] *1407 Dezember 1*.
[3] *(1407 Dezember 1)*
[4] *Aimericus Natalis.*

[a] de cetero *VL 3983* decreto
[b] et *VL 3983* etiam
[c] obstantiis *VL 3983* obstantibus

**283.**

Benedictus XIII[a]. Ad futuram rei memoriam. Dudum felicis recordationis Clemens papa VII predecessor noster nonnullas constitutiones et ordinationes fecit, quarum tenores de verbo ad verbum tales sunt: Item prefatus dominus noster[b], XV kalendas aprilis[c] anno primo[1], in civitate Fundana[d2], voluit et ordinavit, quod familiares ipsius domini nostri[e] in suo rotulo signati[f] omnibus aliis, qui non sunt[g] eiusdem domini nostri[h] familiares, signatis extra dictum rotulum sub data tamen ipsius rotuli in beneficiis vigore gratiarum similium assequendis preferantur[i3]. Item[j] declaravit idem dominus noster[k] super rotulo suorum familiarium[l], quod inter[m] concurrentes illi, qui primi erunt[n] in ordine scripture, precedant[o] alios et sint[p] potiores

[1] *1379 März 18.*
[2] *Fondi, Latium, Italien.*
[3] *= Clemens VII. Nr. 113.*

in assecutione gratie, et ita dixit fuisse sue intentionis ab initio, dum dictus rotulus signaretur, etiamsi posteriores in data[q] prius presentaverint[r] quam priores[4]. Item declaravit prefatus dominus noster etiam fuisse intentionis sue, quod[s] familiares[t] existentes in dicto rotulo precedant[u] quoscumque alios habentes datam consimilem dicti rotuli et sint[v] in assecutione et effectu gratie potiores, et vult, quod de huiusmodi duabus declarationibus suis fiant bulle et dentur illis, quorum interest, qui ipsas voluerint habere[5]. Scriptum de mandato eiusdem domini nostri sub sigillo suo secreto[w]. Et subsequenter dicto predecessore, sicut domino placuit, ab hac luce subtracto[x] nos divina favente gratia[y] ad apicem summi apostolatus assumpti in nostri apostolatus primordiis quandam constitutionem fecimus tenorem, qui sequitur, continentem: Item[z] volumus et ordinamus[aa], quod ordinationes facte per dominum Clementem[bb] super rotulis gratiarum expectativarum familiarium suorum et dominorum cardinalium quantum[cc] ad prerogativas concurrentias et alia serventur[dd], ubi collocati[ee] in eis voluerint[ff] illis uti[6]. Ne autem de constitutionibus, ordinationibus ac voluntate[gg] huiusmodi hesitari valeat, illas ad instantiam[hh] dilecti filii magistri

| *VL 3983.* | *RA 274.* |
|---|---|
| Egidii Iuvenis[7] cantoris ecclesie Remensis[8] familiaris et secretarii nostri, qui eis | magistri Vuidonis Fesulani[9] canonici Carnotensis[10] acoliti, qui etiam capellanus noster commensalis et litterarum apostolicarum scriptor existit et illis |

se asserit indigere, presentibus fecimus annotari. Nulli ergo etc. nostre annotationis infringere etc. Datum Avinione, kalendis iulii anno IIII[ii][11].

[4] = *Clemens VII. Nr. 148.*
[5] = *Clemens VII. Nr. 149*.
[6] *Siehe oben Nr. 82.*
[7] *Egidius Juvenis*.
[8] *Reims, Champagne-Ardenne, Frankreich.*
[9] *Guido Fesulani*.
[10] *Chartres, Centre, Frankreich.*
[11] *1398 Juli 1*.

[a] Benedictus XIII *fehlt VL 3983*
[b] nonnullas - noster *fehlt RA 274*
[c] *RA 274 folgt* pontificatus sui
[d] in civitate Fundana *fehlt RA 274*
[e] domini nostri *RA 274* predecessoris
[f] signati *VL 3983* signata
[g] sunt *RA 274* erant
[h] domini nostri *RA 274* predecessoris
[i] preferantur *RA 274* preferentur
[j] Item *RA 274* et deinde
[k] idem - noster *fehlt* RA 274
[l] *RA 274 folgt* predictorum

[m] inter *fehlt* RA 274
[n] erunt *RA 274* essent
[o] precedant *RA 274* precederent
[p] sint *RA 274* essent
[q] in data *fehlt VL 3983*
[r] presentaverint *RA 274* presentarent
[s] Item declaravit - quod *RA 274* quodque
[t] *RA 274 folgt* sui
[u] precedant *RA 274* precederent
[v] et sint *RA 274* fuissent et essent
[w] et vult - secreto *fehlt RA 274*
[x] ab - subtracto *RA 274* vita functo
[y] divina - gratia *fehlt RA 274*
[z] in nostri - Item *RA 274* ipsius predecessoris vestigiis inherentes
[aa] et ordinamus *fehlt RA 274*
[bb] dominum Clementem *RA 274* eundem predessorem
[cc] et dominorum - quantum *RA 274* quam
[dd] serventur *RA 274* circa rotulum familiarium nostrorum servarentur
[ee] ubi collocati *RA 274* ut oblati
[ff] voluerint *RA 274* vellent
[gg] constitutionibus - voluntate *RA 274* voluntate, ordinationibus et declaratione
[hh] instantiam *RA 274* supplicationem
[ii] nostre - IIII *fehlt RA 274*

## 284.

NOTA EXTIMATIONEM LIBRE TURONENSIUM SECUNDUM TAXATIONEM DECIME[a].

Cum super valore librarum Turonensium diverse forent controversie exorte, ne dum inter gratias expectativas habentes et qui beneficia a domino nostro papa obtinuerant, immo inter diversas alias personas, ut alias fuit ipsi domino nostro expositum, ipse dominus noster, in Saona[1], mihi Francisco[2] archiepiscopo Narbonensi camerario suo mandavit, ut super valore earundem librarum inquirerem et inquiri facerem veritatem. Cuius mandati vigore scripsi in Avinionem domino Petro[3] episcopo Magalonensi locumtenenti meo et aliis gentibus Camere ibidem existentibus, ut super hoc perquirerent diligenter veritatem cum campsoribus Avinionensibus et aliis, de quibus eisdem videretur repertamque mihi significarent. Egoque etiam in curia ad gentibus ipsius Camere et aliis pluribus in talibus peritis illam perquisivi. Tandem deliberato communi gentium Camere consilio in Camera, consilii eiusdem Camere visis et auditis pluribus et diversis opinionibus tam de Avinione scriptis quam in curia compertis super maiori et minori valentia earundem librarum omnibusque ad invicem combinatis et plene discussis etiam multiplicatis vicibus, attenta etiam deliberatione monetarum, que a triginta annis citra subsecuta est et subsequitur, mihi et gentibus[b] ipsius Camere infrascriptis visum fuit concorditer, quod quoad illos, qui beneficia ab ipso

[1] *Savona, Ligurien, Italien*.
[2] *Franciscus de Conciaco.*

domino nostro papa impetraverunt vel impetrabunt in futurum, et expectantes predictos libra ipsa Turonensium parvorum in litteris apostolicis impetrantium vel expectativarum presentium et futurorum valere potuerat et potest XX grossos monete hodie in Romana curia et civitate Avinionensi cursum communiter habentis. Hanc autem deliberationem et advaluationem non intendo nec intendunt gentes eedem aliquo modo locum habere in casibus aliis, ut puta in censibus et pensionibus levandis ac condemnationibus fiendis et similibus, in hiis namque nihil mutandum videtur, sed antiqua consuetudo observanda.

In premissis presentes fuerunt reverendi patres et venerabiles viri domini Petrus episcopus Magalonensis predictus, Iohannes[4] abbas Montisaragonum vicethesaurarius domini nostri pape, Petrus Eximini de Pilaribus[5], Nicolaus Lupi[6] apostolice Camere clerici, Guilielmus Carboneli[7] licentiatus in decretis consiliarius, Iulianus de Loba[8] receptor generalis pecuniarum Camere, Lugdunensis[9] et Tholosanus[10] collectores ac thesaurarius comitatus Venaissini[11] et alii plures, ac ex post interfuerunt dominus Sicardus[12] Conseranus episcopus consiliarius Camere et collector Narbonensis[13].

Et facta de premissis per me dictum Franciscum relatione dicto domino nostro pape, ipse dominus noster dixit, quod viso et advaluato huiusmodi sibi rationabilia et iusta videbantur sibique placebant, volens, quod ea[c] annotarem in libris Camere pro futura memoria et quod petentibus de hoc litteras meas darem testimoniales, que omnia in eisdem libris scribi[d] feci et postea manu mea propria roborari. Massilie[14], die XII mensis februarii anno a nativitate domini millesimo quadrigentesimo VII, pontificatus prefati domini nostri domini Benedicti pape XIII anno tertiodecimo[15]. Ita est manu propria, Franciscus archiepiscopus Narbonensis domini pape camerarius.

---

[3] *Petrus Ademari*.
[4] *Johannes Martini.*
[5] *Petrus Eximini*.
[6] *Nicolaus Lupi*.
[7] *Guilielmus Carbonelli*.
[8] *Julianus de Loba*.
[9] *Jean Joly*.
[10] *Petrus de Ponte.*
[11] *Bertrandus Vincenti.*
[12] *Sicardus de Burguiroles*.
[13] *Jean Martin*.
[14] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[15] *1407 Februar 12*.

---

[a] Nota - decime *VL 3983*
[b] et gentibus *VL 3983* mihi agentibus
[c] ea *VL 3983* eis
[d] scribi *VL 3983* scripsi

### 285.

Dominus noster papa Benedictus XIII, kalendis septembris pontificatus sui anno XIIII[1], voluit et ordinavit, quod omnes gratie tam expectative quam nove provisiones, confirmationes, surrogationes „Si neutri“ sub bulla apostolica non expedite, etiam que sub sigillo bone memorie cardinalis Tirasonensis[2] facte fuerunt et sub bulla plumbea non fuerunt refecte et que secundum diversas constitutiones et ordinationes per eum factas confici debuissent infra certi tempore spatium tunc statutum seu ordinatum, alioquin gratie ipse nullius essent roboris vel momenti, perinde a data earum valeant et plenam obtineant roboris firmitatem, ac si dicte constitutiones et ordinationes facte etiam tempus super confectione dictarum litterarum per eundem dominum nostrum papam prefixum aut statutum non extitissent, dum tamen hi, qui nondum fecerunt super huiusmodi gratiis bullas confici, eas infra sex menses a die predicta computandos eas confici faciant et procurent[a].

[1] *1409 September 1*.
[2] *Ferdinandus Perez Cavillo*.

[a] *Layoutendnote*

### 286.

Dominus noster papa prorogavit, kalendis martii anno XV[1], dictum terminum sex mensium ad alios sex menses et mandavit mihi Iohanni[2] episcopo Mimatensi tunc regenti de mandato suo Cancellariam, quod ita facerem scribi in libro dicte Cancellarie, Mima(tensis) ...[a3].

[1] *1410 März 1.*
[2] *Johannes de Costa.*
[3] *Mende, Languedoc-Roussillon, Frankreich.*

[a] *Layoutendnote*

### 287.

| *VL 3983(b).* | *VL 3983(a).* |
|---|---|
| Beatissime pater. Cum sanctitas vestra a tempore recessus eiusdem a civitate Massiliensi[1] omnia beneficia curiam Romanam sequentium, qui in itinere sequendo eandem | Cum dudum dominus noster papa a tempore recessus sui a civitate Massiliensi omnia beneficia curiam Romanam sequentium, qui in itinere ipsum sequendo decesserint, re- |

[1] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d’Azur, Frankreich*.

| | |
|---|---|
| sanctitatem decesserunt, reservaverit et nonnulli post recessum eiusdem sanctitatis de Portu Veneris[2] et translationem Romane curie de civitate Ianuense[3] ad presentem villam Perpiniani[4] in itinere sequendo eandem sanctitatem et curiam huiusmodi decesserint, quorum beneficia fuerunt per eandem sanctitatem aliquibus personis collata, dignimini eadem sanctitas declarare beneficia, quecumque et qualiacumque fuerint, sequentium sic defunctorum post recessum et translationem huiusmodi fore perinde eiusdem sanctitatis dispositioni reservata, ac si apud sedem apostolicam decessissent.<br><br>Declaravit dominus noster, ut superius continetur, Perpiniano, II kalendas iunii anno XV[5], G‹uigo›[6] protonotarius[a]. | servavit et nonnulli post eius recessum de Portu Veneris Ianuen(sis) ad villam Perpiniani Elnensis diocesis[7] in itinere sequendo ipsum et curiam huiusmodi decesserint, quorum beneficia fuerunt per ipsum dominum nostrum papam aliquibus personis collata, idem dominus noster papa, videlicet II kalendas iulii pontificatus sui anno XV[8], declaravit beneficia, quecumque et qualiacumque fuerint, sequentium sic defunctorum post recessum et translationem huiusmodi fore perinde dispositioni apostolice reservata, ac si apud sedem apostolicam decessissent. |

[2] *Portovenere, Ligurien, Italien*.
[3] *Genua, Ligurien, Italien.*
[4] *Pergignan, Languedoc-Roussillon, Frankreich*.
[5] *1409 Mai 31.*
[6] *Guigo (Hugo) Flandrini?*
[7] *Elne, Languedoc-Roussillon, Frankreich.*
[8] *1409 Juni 30.*

[a] *Layoutendnote*

## 288.

Dominus noster papa, Barchinone[1], V kalendas ianuarii pontificatus sui anno sextodecimo[2], voluit et declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod occupatores seu detentatores beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque, que dominus Sancius de Roias[3] episcopus Palentinus ante tempus et tempore promotionis facte de persona sua ad ecclesiam Palentinam seu munus consecrationis sibi impressum in ecclesia, civitate et diocesi

[1] *Barcelona, Katalonien, Spanien.*
[2] *1409 Dezember 28*.
[3] *Sancius de Rojas, seit 1403 Bischof von Palencia* E*UBEL*, *Hierarchia 1 S. 386.*

Burgensi[4] obtinebat et possidebat, nullo modo gaudeant ‹constitutione› Carpentorate[a5] sub data XV kalendis iulii pontificatus sui anno nono[6] in favorem detentorum sive occupatorum beneficiorum ecclesiasticorum quomodo ***[b] tempore subtractionis in regno Castelle durante facta.

[4] *Burgos, Kastilien-León, Spanien.*
[5] *Carpentras, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*
[6] *1403 Juni 17.*

[a] Carpentorate *VL 3983* Carpentoracen.
[b] *Lücke von 2,5 cm*

## 289.

| *VL 3983(b).* | *VL 3983(a).* |
|---|---|

Dominus noster papa, XVIII kalendas decembris pontificatus sui anno XVI[1],

| | |
|---|---|
| omnes et singulos canonicatus, prebendas, dignitates, prioratus, administrationes, officia ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura civitatis et diocesis Barchinonensis[2] in eadem civitate ac diocesi vacantia et in posterum vacatura, quamdiu in eisdem civitate vel diocesi cum sua curia moram trahet, dispositioni sue cum interpositione decreti generaliter reservavit. | motu proprio reservavit omnia et singula beneficia ecclesiastica vacantia et vacatura in civitate et diocesi Barchinonensi[3], quamdiu in eadem civitate vel diocesi idem dominus noster trahet cum sua curia moram suam, illaque beneficia tunc vacantia vel vacatura declaravit fuisse et esse generaliter reservata[a]. |

[1] *1409 November 14*.
[2] *Barcelona, Katalonien, Spanien*.
[3] *Barcelona, Katalonien, Spanien.*

[a] *Layoutendnote*

## 290.

REGENS VICECANCELLARIAM[a].

Sanctissimus dominus noster papa, VIII kalendas novembris anno XVI sui pontificatus[1], mandavit mihi Hugoni Flandini[2] protonotario et Cancellariam[b] regenti, quod audirem causas Audientie contradictarum, donec de auditore eidem Audientie providisset.

[1] *1409 Oktober 25.*

[2] *Guigo (Hugo) Flandrini.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] Regens vicecancellariam *VL 3983*
[b] Cancellariam *VL 3983* vicecancellariam

**291.**

Item, anno predicto, V kalendas novembris[1], mandavit mihi Guigoni[2] predicto, quod intimarem cum cedulis in portis ecclesie Barchinonensis[3] et Palatii affixis, quod omnes illi, qui habent gratias sub sigillo bone memorie domini cardinalis Tirasonensis[4], dum predictus dominus noster papa tenebatur in Palatio Avinionensi[a] obsessus, faciant ipsas gratias expediri sub bulla infra sex menses sine spe alterius dilationis, alias omnino careant impetr(atione). G‹uigo› protonotarius[5].

[1] *(1409) Oktober 28.*
[2] *Guigo (Hugo) Flandrini.*
[3] *Barcelona, Katalonien, Spanien*.
[4] *Ferdinandus Perez Calvillo*.
[5] *Guigo (Hugo) Flandrini.*

[a] *VL 3983 folgt* tenebatur

**292.**

Item, eodem anno[1], idem dominus noster motu proprio reservavit omnia et singula beneficia vacantia seu vacatura in civitate et diocesi, in qua nunc cum sua curia moram trahit, et illa, que vacabunt in civitate, in qua seu quibus moram trahet in posterum quandocumque, declaravit beneficia huiusmodi mora durante vacantia fuisse ac esse generaliter reservata. Datum Barchinone[2], XVIII kalendas decembris anno XVI[3]. Guigo protonotarius[a4].

[1] *(1409)*.
[2] *Barcelona, Katalonien, Spanien*.
[3] *1409 November 14.*
[4] *Guigo (Hugo) Flandrini.*

[a] *Layoutendnote*

**293.**

Item dominus noster, XIIII kalendas maii pontificatus sui anno XVI[1], voluit, quod, si alique gratie facte per eum, dum erat absens in Palatio Avinionensi, sub sigillo domini cardinalis Tirasonensis[2] non fuerint postmodum expedite pendentibus dilationibus, sed ipsis dilationibus finitis et non renovatis, perinde valeant usque ad hanc diem, ac si fuissent expedite

[1] *1410 April 18.*
[2] *Ferdinandus Perez Calvillo*.

dilationibus pendentibus. Caveant sibi in futurum, quod finita dilatione currenti, de qua supra, de singulis volentibus expedire fiat verbum speciale eiusdem domini nostri[a].

[a] *Layoutendnote*

## 294.

Dominus noster papa, III nonas martii pontificatus sui anno XVI[1], in civitate Barchinonensi[2], voluit et etiam declaravit sue intentionis esse ‹et› hactenus fuisse, quod omnes et quicumque illegitimi et defectum natalium quovis modo patientes in quibuscumque gratiis tam de vacantibus ‹vel› quoquo modo vacaturis quam expectativis, etiam novis provisionibus et „Si neutri[a]" et aliis sub quacumque forma sibi de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis auctoritate apostolica concessis et concedendis aut illas obtinentes sive impetrantes teneantur facere et fecisse mentionem de dicto defectu sive in eisdem illum expressisse, etiamsi quocumque tempore tam super gratiis quam beneficiis predictis apostolica vel alia quavis auctoritatibus fueri‹n›t et fuisse‹nt› cum eisdem legitimis ad habendum que et qualiacumque beneficia et ubicumque dispensatum, alias gratie predicte sint subreptitie, nulle et invalide ipso iure.

[1] *1410 März 5*.
[2] *Barcelona, Katalonien, Spanien*.

[a] neutri *VL 3983* neutris

## 295.

| *VL 3983(b).* | *VL 3983(a).* |
|---|---|
| Dominus noster papa dixit mihi Guigoni Flandini[1] sedis apostolice protonotario, XI kalendas maii pontificatus sui anno XV[2], | Item idem dominus noster papa, in Perpiniano[3] Elnensis diocesis, XI kalendas maii pontificatus sui anno XV[4], ordinavit, |

quod procederetur ad privationem beneficiorum contra concubinarios notorios, si tales erant tempore date gratie eis facte sive tempore acceptationis sive tempore provisionis seu collationis beneficiorum premissorum[a].

[1] *Guigo (Hugo) Flandrini.*
[2] *1409 April 21.*
[3] *Pergignan, Languedoc-Roussillon, Frankreich*.
[4] *1409 April 21.*

[a] beneficiorum premissorum *fehlt VL 3983(b)*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

**296.**

Sanctissimus in Christo pater dominus Benedictus divina providentia papa XIII ordinavit, IIII idus octobris pontificatus sui anno X[1], quod per quascumque concessiones gratiarum quibusvis personis per retro‹tr›actionem factarum non preiudicetur aliis, qui ab ipso perantea gratias sine retro‹tr›actione sub minori data obtinuerant, nisi persone huiusmodi, que per retro‹tr›actionem gratias obtinuerant, essent maioris gradus scientie vel status nobilitatis[2]. Et quia a multis dubitatur, quid est impetrare per retrot‹r›actionem vel sine retrot‹r›actione, et dubitatur etiam, an dicta maioritas retrotra‹c›ti(um) attendatur circa tempus impetrationis gratie ipsius retrotra‹c›tiii! vel circa quodcumque tempus ante vacationem beneficii, constituit et ordinavit idem dominus noster, Terraconensi[3], V idus augusti pontificatus sui anno XVI[4], quantum ad primum illos dici impetrantes sine retrotractione, qui impetrarunt infra totum annum primum, etiamsi in dictis gratiis ponatur clausula „Si quod“ etc., que consuevit poni, ut acceptatio antea facta non teneat, et statuit etiam illos dici cum retrotractione[a], qui post primum annum impetrarunt sub data primi anni. Quantum ad secundum statuit predictam maioritatem impetrantium attendi circa tempus impetrationis gratie tam in puro quam retrotractivo in tantum, quod maioritas post impetrationem per alterum acquisita alii non preiudicet.

---

[1] *1404 Oktober 12.*
[2] *Vgl. Nr. 136.*
[3] *Tarragona, Katalonien, Spanien.*
[4] *1410 August 9.*

---

[a] cum retrotractione *VL 3983* retrotractionis

**297.**

Item idem dominus noster papa, kalendis iunii pontificatus sui anno X[1], voluit et ordinavit, quod gratie expectative facte dicto anno X[2] durante haberentur perinde, ac si essent datate sub data pontificatus sui anno primo[3], ita quod concurrerent, preferentur et postponerentur secundum ordinem date et prerogativas personarum illis, qui sub dat(a) pontificatus sui anno primo gratias expectativas obtinuerunt. Et quia a multis dubitatur, an tales impetrantes de decimo anno connumerentur inter retrotractivos vel puros, constituit idem dominus noster, ubi supra, eos constitui inter retrotractivos, ut supra, etiamsi in eisdem gratiis

---

[1] *1404 Juni 1.*
[2] *1403 Oktober 11 – 1404 Oktober 10.*
[3] *1394 Oktober 11 – 1395 Oktober 10.*

non sit clausula „Si quod“. Noluit tamen prefatus dominus noster, quod prescripte[a] due declarationes trahantur ad preterita vel pendentia, sed trahantur tantummodo ad futura.

[a] prescripte *VL 3983* perscripte

## 298.

NOTA EXTIMATIONEM LIBRE TURONENSIUM SECUNDUM TAXATIONEM DECIME[a].

Dominus noster Benedictus papa XIII, II idus februarii pontificatus sui anno XIII[1], ordinavit, quod libra monete Turonensium parvorum quoad illas, qui ab eodem domino nostro beneficia vacantia seu quoquomodo vacatura certo librarum huiusmodi numero in eorum supplicationibus expresso[b] de cetero impetrabunt, valeat dumtaxat XX grossos monete in Avinione currentis. Idem quoque noluit observari in expectationibus apostolicis, qui vigore gratiarum suarum expectativarum beneficia secundum taxationem decime non taxata in posterum acceptabunt. In ceteris vero constitutiones, advalutationes[c], declarationes et observationes antiquas voluit observari.

[1] *1407 Februar 12.*

[a] Nota - decime VL 3983
[b] expresso *VL 3983* expressato
[c] advalutationes *VL 3983* advalationes

## 299.

| *VL 3983.* | *Wien 5474.* |
|---|---|
| Ad futuram rei memoriam. Cupientes iuxta pastoralis officii debitum de beneficiis ecclesiasticis ecclesie Cesaraugustane[1] ordine sancti Augustini salubriter provideri omnia beneficia ipsius ecclesie vel in ecclesia ipsa consistentia, etiamsi dignitates, prioratus, administrationes vel officia fuerint et curam habeant animarum et ad illa consueverint qui per electionem assumi, consueta per canonicos ipsius ecclesie gubernari, nunc vacantia et ‹in› antea vacatura collationi et dispositioni nostre, quamdiu nos divina miseratio ecclesie regimini presidere conces- | Item reservavit beneficia in ecclesia Cesaraugustensi consistentia[a]. |

[1] *Zaragoza, Aragonien, Spanien; Bischof war damals Lupus Fernandez de Luna,* EUBEL, *Hierarchia 1 S. 153.*

| | |
|---|---|
| serit, reservamus, districtus inhibentes venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Cesaraugustensi ac illi vel illis, ad quem vel ad quos huiusmodi beneficiorum collatio, provisio, electio, presentatio seu quevis alia dispositio pertinet communiter vel divisum, ne de huiusmodi beneficiis interim contra reservationem nostram ‹et› huiusmodi disposition(em) quoquomodo presumant, ac decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Avinione, kalendis novembris anno primo[2]. | |

[2] *1394 November 1.*

[a] *Layoutendnote*

**300.**

Ad futuram rei memoriam. Romanus pontifex, cui ecclesiarum omnium et personarum ecclesiasticarum in eis degentium cura imminet generalis, ut personas easdem non solum ambo divertat, sed eas ad peragend(um) bonum allectendo in statu pacifico et tranquillo constituit lib(e)nt(er) p(ar)tes sollicitudinis apostolice interponit. Sane ad nostrum crebris rumoribus pervenit auditum, quod plerique tam seculares quam etiam regulares clerici beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura auctoritate diversarum litterarum sedis apostolice expectantes tam ex prioritate et posterioritate dat(e) litterarum quam ex prerogativis personarum minime presentes beneficia huiusmodi, presertim que de iure, statuto vel consuetudine aut alio speciali iure requiruntur, quod illa obtinentes[a] se faciant infra annum ad sacros ordines promoveri, aut quecumque alia, que secundum formam litterarum in gratiis huiusmodi comprehenduntur, per obitum illa obtinentium vacantia earundem litterarum vigore acceptant et de illis sibi faciunt provideri, quodque frequenter occurrit, quod posterior in data aut postponendus ratione prerogativarum huiusmodi possessionem huiusmodi beneficii consecutus per sex menses et etiam (?) multotiens per annum et ultra pacifice possidendo iuxta qualitatem eiusdem beneficii ad ipsius titulum se facit/faceret infra annum huiusmodi ad sacros ordines promoveri et quod postmodum prioris in data aut secundum prerogativas huiusmodi preferend(um) eosdem possessoris/possessionis post

lapsum anni et su‹s›ceptationem ordinum huiusmodi ad iudicum vocationi ipsos que(m) devitos ab eisdem beneficiis amoveri faciunt et quodam modo compellunt sic ordinatos in celeri opprobrium vendicar(e).

Unde nos volentes in premissis quam/quatenus cum Deo possumus provider(e) ac fraudibus et dolis, que circa ea comiti possent, salubriter obviare, auctoritate apostolica statuimus et etiam ordinamus, quod omnes et singuli expectantes predicti, qui beneficia huiusmodi secularia seu regularia cum cura vel sine cura quecumque et qualiacumque, etiamsi canonicatus et prebende, dignitates, prioratus, administrationes vel officia et electiva in collegiatis aut conventualibus, cathedralibus etiam metropolitanis vel aliis ecclesiis fuerint, per se vel per procuratorem legitimum acceptabunt seu de illis sibi faciunt provideri, infra mensem a die acceptationis seu provisionis huiusmodi in antea computandum in ecclesiis, in quibus eadem beneficia, dum populus inibi convenerit ad divina, et subsequenter coram loci diocesano aut eius officiali vel vicario generali seu eorum vicegerenibus acceptationi et provisioni huiusmodi coram notario publico et testibus insinuare et nihilominus possessores huiusmodi infra duos menses a die insinuationis predicte in antea computandos coram iudice competenti ad causam vocare teneantur, quod, si insinuationi et vocationi huiusmodi, ut statutum est, iusto impedimento cessante face(re) pretermiserint, omni iure, si, quod sibi in eisdem beneficiis competebat, ipso facto decrevimus esse privatos, iure predicto eisdem possessoribus presentis constitutionis vigore absque alicuius collation(is)/collatoris in...stio et alterius preiudicio penitus acquisito litigantes aut super aliis beneficiis insinuation(em?) predictam dumtaxat facere teneantur. Volumus tamen, quod eisdem expectantibus sic privatis gratie remaneant salve ad alia beneficia iuxta ipsarum litterarum et presentis constitutionis tenorem in posterum acceptanda et etiam ad preterita hoc extendi, quoad illos, quos presens casus contingit et tempore date presentium non fecerint possessores huiusmodi impedimento predicto cessante ad iudicium evocari. Nulli ergo et etc. nostrorum statuti, ordinationis, decreti et voluntatis infringere etc. Datum Paniscole[1] Dertusiensis diocesis[2], III nonas octobris anno XVIII[3].

---

[1] *Peñiscola, Katalonien, Spanien.*
[2] *Tortosa, Katalonien, Spanien.*
[3] *1412 Oktober 5.*

---

[a] obtinentes *VL 3983* obtinentia

**301.**

Cum dudum sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Benedictus divina providentia papa XIII ordinaverit bullas sive litteras apostolicas super certis gratiis diversis personis per eum tunc factas vel in posterum fiendas[a] debere confici infra certi temporis spatium tunc expressum, alias gratie ipse nullius roboris existerent vel momenti, et deinde spatium temporis huiusmodi pluries prorogaverit, prout in diversis per eum factis constitutionibus seu ordinationibus plenius continetur, et quamplurimi, qui gratias huiusmodi ab eo obtinuerunt, ex nonnullis causis rationabilibus impediti, alii vero ordinationes huiusmodi ignorantes litteras huiusmodi super gratiis ipsis minime confici fecerint, idcirco idem dominus noster, Dertuse[1], IIII kalendas januarii pontificatus sui anno XIX[2], voluit, quod gratie huiusmodi concesse et concedende, super quibus littere ipse infra temporis spatium[b] huiusmodi non fuerunt confecte seu non conficientur in posterum, propter lapsum temporis huiusmodi nequeant a quoquam nulle seu invalide reputari. Voluit tamen, quod post ipsius temporis lapsum non expediantur sine eius licentia speciali, constitutionibus et ordinationibus non obstantibus supradictis.

[1] *Tortosa, Katalonien, Spanien*.
[2] *1412 Dezember 29*.

[a] fiendas *VL 3983* fiendis
[b] spatium *VL 3983* spatii

## 302.

Ad futuram rei memoriam. Dudum, videlicet III nonas maii pontificatus nostri anno III[1], intendentes iuxta pastoralis officii debitum de beneficiis ecclesiasticis quorumcumque olim familiarium commensalium quorumlibet Romanorum pontificum predecessorum nostrorum, cum illa vacare contingeret, per apostolice sedis providentiam salubriter ordinari, ex hoc et nonnullis aliis causis moti pariter et inducti omnia beneficia huiusmodi secularia et regularia ordinum quorumcumque cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus et prebende, prioratus, dignitates, personatus, administrationes et officia forent et ad illa consuevissent qui per electionem assumi, illa videlicet, que familiares huiusmodi tempore, quo eorundem predecessorum, dum universalis ecclesie regimini prefuerant, obsequiis institerunt[a], obtinuerant et tunc obtinebant, ex tunc in antea vacatura collationi et dispositioni nostre, quamdiu nos divina miseratio ecclesie predicte regimini presidere concederet, reservavimus ac decernimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ne autem de reservatione et de-

[1] *1397 Mai 5.*

creto huiusmodi valeat hesitari, illam fecimus presentibus annotari. Nulli ergo etc. nostre annotationis infringere etc. Datum Avinione, III kalendas martii anno IIII[2].

[2] *1398 Februar 27.*

[a] instituerunt *VL 3983* instanter

## 303.

Expliciunt regule seu constitutiones Benedicti XIII in sua obedientia nuncupati Petri de Luna antipape[a].

[a] Expliciunt - antipape *Berlin 861(b)*

## Extravaganten

## 304.

***Arm. 82**, fol. 192v-194r; **Reg. Aven. $$$; Reg. Vat. $$$;** **BL 2825**, fol. 139v-140v; **BL 2850**, fol. 130r; **VL 6343**, fol. 130r-131v; **Paris 4172**, fol. 192r-193v. Aus Clemens VII. Nr. 182 wörtlich übernommene Teile sind in Petit gesetzt.*

REVOCATIO EXPECTATIONUM FACTA PER BENEDICTUM XIII IN SUA OBEDIENTIA NOMINATIM DE GRATIIS FACTIS PER CLEMENTEM VII NOMINATUM IN EADEM OBEDIENTIA[a].

Benedictus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ea, per que ecclesie et ecclesiastica loca a gravaminibus relevantur, libenter partes apostolice sollicitudinis adhibemus. Attendentes itaque, quod sicut nobis innotuit, multi hactenus a nonnullis predecessoribus nostris Romanis pontificibus per importunam instantiam in multis et diversis orbis ecclesiis atque locis super collationibus, provisionibus, reservationibus canonicatuum, * prebendarum, dignitatum, prioratuum, personatuum, officiorum, ‹ecclesiarum›, portionum, * prestimoniorum aliorumque[b] beneficiorum ecclesiasticorum vacaturorum multas et varias litteras impetra‹ve›runt, ex quorum impetrantium multitudine eedem ecclesie sunt plurimum pregravate. * Ex hiis et certis aliis causis, que ad hoc rationabiliter nos inducunt, super hiis providere volentes, presentis constitutionis edicto omnes reservationes et concessiones super canonicatibus et prebendis, dignitatibus, prioratibus, personatibus, officiis, portionibus, prestimoniis, ecclesiis parochialibus et ruralibus[c] et aliis quibuscumque ecclesiasticis beneficiis vacaturis secularibus et regularibus cum cura vel sine cura, quocumque nomine censeantur, et etiam * collationes seu provisiones[d] super canonicatibus in[e] cathedralibus seu collegiatis ecclesiis cum reservationibus prebendarum, dignitatum, personatuum, officiorum, * portionum, prestimoniorum vel aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque cum cura vel sine cura * commissionesque seu concessiones, insuper facultates * quibusvis factas[f] super huiusmodi ecclesiasticis beneficiis vacaturis auctoritate apostolica etiam ad nominationem alterius reservandis aut eti-

am conferendis, in quibus nondum est in re licet ad rem alicui ius quesitum, commissiones quoque et mandata super recipiendis personis aliquibus in ecclesiis vel monasteriis sive locis aliis regularibus, que in eis minime sunt recepte, a quibuscumque Romanis pontificibus predecessoribus nostris facta seu concessa quibuscumque personis, cuiuscumque conditionis, preeminentie, ordinis sive status existant, per eorundem predecessorum litteras sub quibuscumque tenoribus, modo, forma seu conceptione[g] verborum omnesque processus habitos per easdem, etiamsi in ecclesiis secularibus earum alique in canonicos sint recepte ac etiamsi per executores earum facte fuerint reservationes, inhibitiones et decreti interpositiones aut earum alique auctoritate predictarum[h] litterarum in aliquibus ecclesiis secularibus ultra statutum canonicorum numerum in canonicos sint recepte, quantum ad capitulum et ad chorum et ad perceptionem distributionum cotidianarum et plenitudinem iuris canonici habeant, sed in eis prebendas, dignitates, personatus sive portiones et alia beneficia, que dantur tantum existentibus de numero, nunc expectent, auctoritate apostolica revocamus, cassamus, irritamus et viribus vacuamus eaque cassa, irrita et vacua nuntiamus et nullius existere * firmitatis. Verum si huiusmodi persone recepte ultra numerum distributiones et alia ut canonici de numero existentes sic percipiunt, quod per cessionem vel decessum illorum, qui sunt intra numerum, ex vigore dictarum litterarum amplius assequi nil expectent| nisi distributionum seu partium suarum augmentum, cum forsan sit in ecclesia, in qua canonicorum non autem portionum numerus vel prebendarum distinctio habetur|, quantoque inter pauciores ipsius ecclesie dividantur proventus, tanto maiores fieri possunt singulorum percipientium portiones, ad istos nec non ad eos, quibus de certis expressis beneficiis ecclesiasticis, que certo modo proponebantur vacare, datis super hoc per litteras dictorum predecessorum executoribus, ad illos etiam, quibus de certis et expressis huiusmodi beneficiis, cum vacarent, per assecutionem pacificam alterius beneficii vel per munus consecrationis suscipiendum vel quovis modo alio, ut prefertur, nec non ad eos, quibus de canonicatibus cum reservationibus prebendarum, dignitatum, personatuum, officiorum, prioratuum, ecclesiarum, portionum, prestimoniorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum vacaturorum huiusmodi per dictos predecessores facte gratie extiterunt, qui ante datam presentium vacaverunt et adhuc vacant ac per impetrantes, quibus erant provisiones huiusmodi faciende, a suis executoribus petitum fuerit, quod talia beneficia sic vacantia eis conferrent, nec per eos stetit, quo minus conferrentur eisdem, nec non ad eos[k], qui per litteras dictorum predecessorum in aliquibus ecclesiis in canonicos sint recepti et dignitates, personatus vel officia canonicis dumtaxat consueta conferri dictarum litterarum vel alia quavis auctoritate inibi fuerint assecuti licet prebendas expectent, ad eos etiam, qui per litteras facultatis dictorum predecessorum in aliquarum ecclesiarum canonicos non apostolice sedis, sed recipientium auctoritate sint recepti licet prebendas et alia beneficia expectent ibidem, et ad eos, qui super receptione sua in * ecclesiis vel monasteriis seu locis aliis regularibus, in quibus non erat certus canonicorum vel canonicarum regularium numerus vel monachorum seu monialium aut quarumvis aliarum personarum religiosarum, quocumque nomine

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

nuncupentur, numerus vel, si erat[l], aliquis vel aliqua de numero predicto ante datam presentium defuerit vel adhuc desit, litteras apostolicas impetra‹ve›rint[m], si per eos vel eas non steterit, quo minus recepti vel recepte fuerint in dictis ecclesiis vel monasteriis sive locis, et etiam ad illos, qui huiusmodi prebendas, dignitates, personatus vel officia aut alia quecumque beneficia ecclesiastica vigore gratiarum eis factarum per felicis recordationis Clementem papam VII predecessorem nostrum, super quibus tempore obitus ipsius predecessoris apostolice littere confecte non fuerunt, expectabant illaque vacantia et eis debita ante diem date presentium in forma debita acceptarunt, presentem constitutionem volumus non extendi. Nos insuper irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari[n]. * Nulli ergo etc. nostre revocationis, cassationis, irritationis, vacuationis, nuntiationis, voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Avinione, IIII idus octobris pontificatus nostri anno primo[1].

---

[1] *1394 Oktober 12.*

---

[a] Revocatio - obedientia *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172*
[b] aliorumque *BL 2825* aliorum
[c] ruralibus *Arm. 82* curalibus
[d] provisiones *Arm. 82, BL 2825* provisionibus
[e] in *Arm. 82* et
[f] factas *Paris 4172* factis
[g] conceptione *BL 2850, VL 6343* concessione
[h] *Arm. 82 folgt* ecclesiarum
[i] expectent *Paris 4172* expectant
[j] habetur *BL 2825, Paris 4172* habeatur
[k] ad eos *Arm. 82, Paris 4172* eas
[l] *BL 2825, Paris 4172 folgt* et
[m] impetraverint *BL 2825* impetraverunt
[n] eedem ecclesie - attemptari *BL 2850, VL 6343* etc. ut in proxime precedenti *(bezieht sich auf die davor stehende Konstitution Johannes' XXIII.* Nuper attendentes = Nr. $$$*)*

## 305.

***RA 347**, fol. 11r; **RA 349**, fol. 621r-621v; **Druck:** Bulario de Benedicto 1 S. 37 Anm. 70.*

Et est sciendum, quod dictus dominus noster papa Benedictus XIII vacante sede apostolica per obitum felicis recordationis Clementis pape VII fuit in Avinione electus in papam, die XXVIII mensis septembris anno a nativitate Domini M III[C] XCIIII, et coronatus ibidem, die XI mensis octobris eiusdem anni[a], qua die[b] incipit annus pontificatus ipsius domini nostri pape.

---

[a] eiusdem anni *RA 349* sequentis
[b] *RA 349 folgt* XI octobris

## 306.

***Coll. 457**, fol. 240r; **Druck:** Baumgarten, Von der apostolischen Kanzlei S. 128.*

Cancellaria.

Anno quo supra Domini MCCCLXXXXIIII et die XXVIII dicti mensis septembris[1] prefatus dominus noster Benedictus illico post electionem suam prefatum dominum Iohannem[2] cardinalem Vivariensem in officio vicecancellarie confirmavit[a].

[1] *1394 September 28*.
[2] *Johannes de Broniaco.*

[a] *Layoutendnote*

## 307.

***Paris 368**; **Teildruck:** Baumgarten, Von der apostolischen Kanzlei S. 129.*

Ferdinandus[1] miseratione divina basilice duodecim apostolorum de Urbe sancte Romane ecclesie presbiter cardinalis Tirasonensis vulgariter nuncupatus, venerabilibus religiosis viris provinciali et conventualibus prioribus et fratribus et donatis ceterisque personis ordinis Celestinorum citra montes, salutem et sinceram in Domino caritatem. Sacre vestre religionis, que huius mundi tenebras tamquam lucifer matutinus illuminat, promeretur honestas, ut ea, per que vestra ad sedem apostolicam capud fidelium omnium et magistram accrescat devotio et salutis animarum vestrarum proveniat incrementum, vobis liberaliter concedantur. Hinc est, quod sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Benedictus divina providentia papa XIII vestris devotis supplicationibus inclinatus vobis et vestrum cuilibet in obedientia et devotione ipsius domini nostri pape et successorum suorum Romanorum pontificum canonice intrantium persistentibus, qui in matitinorum officio, dum in impno sive psalmo „Te Deum laudamus“ ille magne devotionis versus „Te ergo quesivimus famulis tuis subuem/subiiem/subverem?, quos pretioso sanguine redemisti“ cantatur, genibus flexis steterint, tres quadragenas nec non, quotienscumque in prefacione misse hec verba videlicet „Gratias agamus domino Deo nostro“ audientes genusflexerint et presbiteri sic celebrantes caput reverenter inclinaverint, centum dies de iniunctis eis penitentiis per presentes auctoritate apostolica misericorditer relaxavit, indulgentiarum huiusmodi illos ex vobis, qui in huiusmodi matutinorum et missarum sollemnitatibus seu officiis corporali infirmitate detenti interesse aut celebrare non poterunt, ut prefertur, participes esse volens, ac si in solemnitatibus seu officiis huiusmodi presentes genuflexissent aut celebrantes, ut prefertur, devote capita inclinassent. Verum cum propter nonnullas per-

[1] *Ferdinandus Perez Calvillo.*

secutiones satis toti orbi notorias proh dolor eidem domino nostro pape illatas obsidionemque manifestam, in qua Avinione in Palatio apostolico per biennium et ultra detentus est, ac subtractionem bulle papalis sibi factam littere apostolice tam super huiusmodi quam super aliis diversis gratiis, quas diversis personis dictus dominus noster papa fecerat et ex tunc etiam faceret, nec non iustitie et aliis litteris in Cancellaria expediri solitis more solito expediri et bullari non possent, ne persone huiusmodi dictarum gratiarum et aliarum litterarum predictarum frustraretur effectu, idem dominus noster papa statuit et per suam constitutionem ordinavit, quod nos Ferdinandus cardinalis Tirasonensis prefatus super predictis omnibus et singulis concessionibus et indultis et aliis gratiis quibuscumque factis et fiendis nec non et litteris aliis quibuscumque in Cancellaria expediri solitis litteras nostras sub nostro sigillo concederemus, volens nihilominus, quod huiusmodi litteris nostro sigillo munitis tam iam expeditis quam in posterum expediendis, traditis et tradendis, ubique plena fides adhibeatur tam in iudicio quam extra quodque ipse littere ad probandum omnia et singula in eis contenta sufficiant, ac si essent littere apostolice super gratiis vel aliis predictis confecte et sub bulla sua plumbea bullate, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur[2]. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissiorum presentes nostras litteras nostri sigilli appensioni munitas vobis duximus concedendas. Datum Avinione, sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo primo, indictione nona, die vero quintadecima mensis ianuarii pontificatus prefati domini nostri domini Benedicti pape XIII anno septimo[3].

---

[2] *Vgl. Nr. 264.*
[3] *1401 Januar 15*

## 308.

***RA 328**, fol 8v (Rubrik), fol. 675r-675v; **Druck:** Baumgarten, Aus Kanzlei und Kammer S. 151f.*

Ad futuram etc. tenores quarundam litterarum ad instantia Simonis Salvatoris annotantur.

Ad futuram rei memoriam[1]. Dudum nonnullis familiaribus nostris litteras nostras concessimus in hac verba „Benedictus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dudum nonnullis familiaribus nostris et personis aliis tempore subtractionis obedientie nobis facte in Palatio nostro Avinionensi nobiscum pro defensione persone nostre existentibus diversas beneficiales gratias in diversis mundi partibus duximus faciendas, quas per

---

[1] *Am Kopf rechts* Gratis pro socio.

litteras dilecti filii nostri Ferdinandi[2] basilice duodecim Apostolorum de Urbe presbiteri cardinalis eius sigillo sigillatas, cum bulla nostra plumbea nobis etiam subtracta fuisset, propter quod ea uti non poteramus, mandavimus et concessimus expediri ac voluimus inter cetera, quod familiares et persone predicti infra quinque menses a tempore, quo dicta bulla uteremur, computando litteras apostolicas sub eadem bulla super gratiis predictis sibi factis confici facere tenerentur. Nos igitur attendentes labores continuos, quos familiares et persone predicti pro defensione huiusmodi nobiscum in dicto Palatio diutius sustinuerunt, et propterea volentes eorum parcere laboribus et expensis ipsosque favorabiliter prosequi in hac parte eis et eorum cuilibet tenore presentium apostolica auctoritate concedimus, quod ipsi ad conficiendum seu confici faciendum litteras apostolicas super gratiis predictis sub eadem bulla infra dictum terminum, infra quem adhuc existunt, seu etiam post minime teneantur et quod per hoc eis nullum preiudicium generetur quodque gratie predicte a dat(a) earum ac littere super eis confecte perinde valeant eundemque vigorem obtineant, ac si littere apostolice super eis confecte fuissent, voluntate nostra huiusmodi et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum apud Pontemsorgie[3] Avinionensis diocesis, III nonas augusti pontificatus nostri anno nono[4].“ Ne autem de voluntate et ordinationibus nostris huiusmodi in posterum hesitetur, illas ad instantiam dilecti filii magistri Simonis Salvatoris[5] prepositi ecclesie Ilerdensis[6] scriptoris et familiaris nostri, qui dictis litteris se asserit indigere, presentibus fecimus annotari. Nulli ergo etc. nostre annotationis infringere etc. Datum Massilie[7] apud Sanctum Victorem, XIIII kalendas iunii anno tertiodecimo[a8].

---

[2] *Ferdinandus Perez Calvillo.*
[3] *Sorgues, Provence-Alpes-Côte d’Azur, Frankreich.*
[4] *1403 August 3.*
[5] *Simon Salvatoris.*
[6] *Lerida/Lleida, Katalonien, Spanien.*
[7] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d’Azur, Frankreich.*
[8] *1407 Mai 19*.

---

[a] *Layoutendnote*

## 309.

***RA 274**, fol. 527v; Druck:* Göller, *Zur Geschichte S. 207f.*

Notabilia utilia

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(1) Die XXVIII iunii anno pontificatus domini nostri pape Benedicti XIII[1], Massilie[2], P. de Maiguer[3] prepositus custos Cancellarie ‹ex› parte domini inhibuit, quod amodo non expedirentur gratie in locis interdictis sine speciali licentia domini[a].

---

[1] *1407 Juni 28.*
[2] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[3] *P. de Maiguer.*

---

[a] *Layoutendnote*

(2) Dominus noster Benedictus XIII intravit Ianuam[1] die sabbati XVI maii anno MCCCCV[a2].

---

[1] *Genua, Ligurien, Italien.*
[2] *1405 Mai 16.*

---

[a] *Layoutendnote*

(3) II idus iunii anno domini Benedicti XI[1], Ianue[2], promotus fuit dominus Iohannes[3] tunc Vivariensis vicecancellarius in episcopum Ostiensem[a].

---

[1] *1405 Juni 12*.
[2] *Genua, Ligurien, Italien*.
[3] *Johannes de Broniaco*.

---

[a] *Layoutendnote*

(4) Die IIII decembris anno XIII[1] reintravit dominus noster Benedictus reversus de Ianua[2] etc. Massiliam[a3].

---

[1] *1406 Dezember 4.*
[2] *Genua, Ligurien, Italien*.
[3] *Marseille, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.

---

[a] *Layoutendnote*

(5) Nota, quod nunc observatur in Cancellaria, quod, si obtinens curatum beneficium aut dignitatem etc., quod dimittere tenetur per assecutionem incompatibilis vigore expectationis. Si fiat mentio de expectatione et dimissione huiusmodi et recipiat beneficium sine cura, non cassatur expectatio etiam ad curatum etc.

(6) Servatur in gratiis de vacantibus, quod non compellitur impetrans dimittere illa, quorum expressit valorem.

(7) Nunc observat Cancellaria, quod petenti de beneficio cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus et prebenda ac dignitas etc., datur ei, si velit, de canonicatu sub expectatione prebende ac dignitatis etc., dummodo iuxta constitutiones Cancellarie sit ad hoc idoneus.

## 309.

***VL 4003**, fol. 1r-3v; **Teildruck:** GÖLLER, Kubikulare S. 638f. Dieser Reformvorschlag lässt sich auf die Zeit zwischen 1408 November 18 und Dezember 19 datieren.*

NEGOTIA ET TEMPORA POSSENT DIVIDI PER DOMINUM NOSTRUM, UT SEQUITUR.

(1) Primo, quod continuetur consilium iustitie diebus martis et iovis, in quo presideat dominus cardinalis Auxitanus[1], et interveniant in eodem, cum potuerint, alii domini cardinales et referendarii et secretarii ac clericus cancellarii. Et in hoc consilio sit promotor Petrus Soriani[2] vel Petrus Comollis[a3].

---

[1] *Johannes Flandrini.*
[2] *Petrus Soriani.*
[3] *Petrus Comollis.*

---

[a] Comollis *VL 4003* Conill.

(2) Item, negotia Camere apostolice expediantur per dominum cardinalem Montisaragonum[1] cum clericis et consiliariis Camere et receptore[2]. Et in hoc consilio sit principalis promotor Iulianus de Loba[a].

---

[1] *Johannes Martini.*
[2] *Julianus de Loba.*

---

[a] *Layoutendnote*

(3) Item, negotia tangentia custodiam persone domini nostri et castri et similia expediantur per dominum sancti Georgii[1] et episcopum Gerundensem[2] cum aliquibus militibus ac Petrum Comollis[3]. Et in hiis sit principalis promotor dominus Petrus Comollis[a].

---

[1] *Carolus de Urries.*
[2] *Franciscus de Blanes.*
[3] *Petrus Comollis.*

---

[a] *Layoutendnote*

(4) Item, facta Castelle expediantur per dominum cardinalem sancti Eustachii[1] et habeat, cum poterit, patriarcham Constantinopolitanum[2] et protonotarium de Maiorico[3] et episcopos Burgensem[4], Cartaginensem[5] et Mindoniensem[6] et fratrem Ferdinandum[7]. Et sit prinicipalis promotor Didacus Remigi[a8].

---

[1] *Alfonsus Carillo*.
[2] *Alfonsus de Corduba*.
[3] *Guigo (Hugo) Flandrini.*
[4] *Johannes Cabeza*.
[5] *Paulus de Santa Maria.*
[6] *Alvarus Nunnez*.
[7] *Ferdinandus.*
[8] *Didacus Remigii*.

---

[a] *Am rechten Rand* Auxitan.

(5) Item, facta Aragonensia expediantur per dominos cardinales Montisaragonum[1] et santi Georgii[2] et episcopos Valentinensem[3], Maioricensem[4] et Oscensem[5] ac Guilielmum Carbonelli[6]. Et sit principalis promotor dictus G‹uilielmus› Carbonelli[a].

---

[1] *Johannes Martini.*
[2] *Carolus de Urries.*
[3] *Hugo de Lupiano*.
[4] *Ludovicus de Prades*.
[5] *Johannes de Tauste.*
[6] *Guilielmus Carbonelli.*

---

[a] *Layoutendnote*

(6) Item, facta comitatuum Sabaudie[1], Fuxi[2] et Armaniaci[3] et Francie[4], si occurrerint, expediantur per dominos cardinales Auxitanum[5], Tholosanum[6] et sancti Georgii[7] et habeant protonotarium Flandrini[8] et episcopos Mimatensem[9], cum affuerit, et Condomiensem[10] et abbatem Fuxi[11] et magistrum Philippum Malla[12]. Et sit prinicipalis promotor, cum affuerit, episcopus Mimatensis et in eius absentia dominus Philippus Malla[a].

---

[1] *Grafschaft Savoyen.*
[2] *Grafschaft Foix, Midi-Pyrénées, Frankreich.*
[3] *Grafschaft Armagnac, Gascogne, Frankreich*
[4] *Frankreich.*
[5] *Johannes Flandrini.*
[6] *Petrus Rabati.*
[7] *Carolus de Urries.*
[8] *Guigo (Hugo) Flandrini.*
[9] *Johannes de Costa.*
[10] *Aimericus Natalis.*
[11] *Guilielmus.*
[12] *Philippus Malla.*

---

[a] *Layoutendnote*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(7) Item, facta Avinionis et comitatus Venaisini[1] expediantur per dominos cardinales Montisaragonum[2] et sancti Eustachii[3], Franciscum de Aranda[4] et Iulianum de Loba[5]. Et sit principalis promotor dominus Iulianus de Loba[a].

[1] *Comtat Venaissin, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *Johannes Martini.*
[3] *Alfonsus Carillo*.
[4] *Franciscum de Aranda.*
[5] *Julianus de Loba.*

[a] *Layoutendnote*

(8) Item, facta Italie videantur per dominos cardinales de Flisco[1] cum dominis patriarcha Antiocheno[2] et fratre Ferdinando[3] et magistro Philippo de Mediala[4] et Francisco de Aranda[5]. Et sit principalis promotor dominus Franciscus Daranda[a] *(!)*.

[1] *Ludovicus de Flisco*.
[2] *Johannes Mauroux.*
[3] *Ferdinandus.*
[4] *Philippus de Medalia.*
[5] *Franciscum de Aranda.*

[a] *Layoutendnote*

(9) Item, facta Penitentiarie expediantur per dominum episcopum Lucensem[1] et in arduis recurrat ad dominum cardinalem Montisaragonum[2], protonotarium Flandrini[3] et episcopum Condomiensem[a4].

[1] *Johannes de Fraxino.*
[2] *Johannes Martini.*
[3] *Guigo (Hugo) Flandrini.*
[4] *Aimericus Natalis.*

[a] *Layoutendnote*

(10) Item, alia negotia ecclesie et alia secreta expediet dominus noster cum illis, de quibus sibi videbitur, et convocabit super hiis dominos cardinales, quando sue sanctitati videbitur expedire.

(11) Item, supplicationes communes dentur referendariis, secundum quod sunt per provincias divisi. Alie autem supplicationes de vacantibus magni valoris committantur per dominum nostrum illis cubiculariis suis, de quibus sibi videbitur, quod sint dispositi ad talia et quod habeant notitiam personarum et supplicantium et beneficiorum.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(12) Item, supplicationes commissionum prelaturarum et instantia consistoriorum committantur domino abbati Sancti Iohannis de Pinna[1] et magistro Lazaro[a2].

---

[1] *Hieronimus de Ochon.*
[2] *Lazarus.*

---

[a] *Layoutendnote*

(13) Item, littere missive committantur domino Petro de Luna[1] et Geraldo Lançol[2] et communes facta relatione dominus noster dividat personis, ut supra, secretas autem remittat domino Francisco Daranda[a3].

---

[1] *Petrus de Luna (II.).*
[2] *Geraldus Lançol.*
[3] *Franciscum de Aranda.*

---

[a] *Layoutendnote*

(14) Item, prefati omnes expedientur omnia per se, maiora autem referant domino nostro diebus et horis, de quibus infra, ita tamen quod in relatione dubiorum non habeant coram ipso disputationes nec magnas contentiones intrare, sed examinatis et discussis prius negotiis unus sibi referat dubium et questionem illorum, qui consuluerunt, ut sit dominus noster per solam affirmativam vel negativam vel adherendo uni opinioni, si fuerint consulentes discordes, decidat dubium seu questionem, vel si fuerint concordes, auditis dubiis et motivis possit faciliter determinare negotium. Et hec sint dicta de divisione negotiorum et personarum. Nunc autem restat dicere de divisione temporum et dierum.

(15) Primo igitur est considerandum, quod ad executionem premissorum necesse est, quod dominus noster disponat se ad illa, per que consueverunt negotia expediri, videlicet primo ad dandum audientias publicas et secretas; secundo ad audiendum relationes negotiorum per ipsum aliis commissorum; tertio ad signandum; quarto ad tenedum consistoria. Omnia enim negotia expediunt per unum ex dictis modis. Pro istis igitur exequendis viderentur dies et tempora, ut sequitur, dividenda.

(16) Primo dominus noster diebus dominicis debet prius, quod aliquid faciat, missam dicere, si voluerit, et audire satis mane, ut restet tantum de tempore, quod possit missam per unam horam vel plus dare audientiam publicam et expedire litteras secretariorum.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(17) Item, dominica in vesperis bona hora potest dominus noster audire aliquos maxime de illis, quibus de mane assignaverit horam, si forte fuerint aliqui, quos in publico non fuit possibile vel expediens audire, et fuerit forte eis hora assignata.

(18) Item, die lune de mane audita semper ante omnia missa dominus noster poterit audire cardinales et referendarios et alios, quibus negotia commisit, et expedire illa, que poterit, et sint ibi presentes saltem regens Cancellariam et secretarii.

(19) Item, in vesperis poterit dominus noster intendere circa negotia magis particularia ambasciatorum vel aliorum, quibus fuerit ipsa hora assignata.

(20) Item, die martis de mane et etiam post prandium dominus noster potest *(!)* se recolligere et studere vel circa negotia ecclesie intendere, prout sibi placuerit.

(21) Item, die mercurii de mane videtur, quod esset bonum, quod dominus noster exiret in parvo tinello et daret audientiam pauperibus, ita quod nec cardinales nec maiores intrarent, sed quod solum essent ibidem regens Cancellariam et referendarii et secretarii et advocatus et procurator pauperum, qui deberent de novo creari tales, qui essent ad hoc dispositi, et elemosinarius et quod introducerentur et expedirentur pauperes. Et de hoc sit principalis promotor dominus elemosinarius.

(22) Item, in vesperis dominus noster poterit audire relationes etc., prout superius est dictum de die lune de mane.

(23) Item, die iovis per totam diem posset dominus noster se recolligere, sicut de die martis supradictum est, quia etiam istis duobus diebus scilicet martis et iovis tenebitur consilium iustitie et negotia poterint ibidem expediri et gentes ibidem compari.

(24) Item, die veneris de mane semper dominus noster teneat consistorium.

(25) Item, in vesperis intendat dominus noster circa alia negotia particularia vel propria vel audiat illos, quibus fuerit ipsa hora assignata.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(26) Item, die sabbati de mane dominus noster continue, presentibus referendariis et illis cubiculariis, qui consueverunt supplicationes tenere, signet et etiam, si non sint supplicationes, sedeat cum predictis et audiat relationem de negotiis eis commissis.

(27) Item, in vesperis intendat dominus noster signationi supplicationum, si supersint, vel circa negotia propria vel particularia.

(28) Item, iuxta premissa poterit dominus noster communia in predictis audientiis expedire vel poterit illa remittere consilio iustitie; si autem ardua ferint, poterit illa committere alicui ex predictis vel aliis expedienda vel audienda et sibi referenda.

(29) Item, dignetur dominus noster committere aliquibus, qui reforment Cancellariam, Audientiam et Penitentiariam et facta Camere apostolice et registrum supplicationum ac litterarum et etiam litteras secretariorum maxime circa illa, que tangunt iustitiam et circa indebitam exactionem pecuniarum.

(30) Item, multa alia possent dici circa reformationem huius curie et negotiorum, de quibus dominus noster poterit plene et in secreto informari, si cum iuramento et ad partem et secrete interroget illos, qui verisimiliter debent talia scire et de quibus conscientia et discretione ac fidelitate est confidendum.

## 311.

***RA 333**, fol. 57v; **Regest:** Bulario de Benedicto XIII 6 S. 300 Nr. 481.*

Ad futuram rei memoriam. Dudum videlicet kalendis decembris pontificatus nostri anno quartodecimo[1] voluimus et ordinavimus, quod ex tunc quicumque a nobis canonicatus et prebendas ac prioratus, dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura vel sine cura quecumque et qualiacumque, etiamsi ad illa consuevissent qui per electionem assumi et dignitates ipse in cathedralibus post pontificales maiores vel in collegiatis ecclesiis principales existerent, tunc vacantia et in antea vacatura impetrarent, tenerentur extense de omnibus non obstantibus beneficialibus suis expressam facere mentionem, alioquin impetratio de providendo alicui de beneficiis huiusmodi absque quacumque declaratione eo ipso esset cassa et nullius efficacie vel

[1] *1407 Dezember 1.*

momenti. Ne autem de voluntate et ordinatione nostris huiusmodi in posterum hesitetur, illas ad instantiam dilecti filii Dominici Forti[2] clerici Dertusensis[3] diocesis baccalarii in decretis familiaris nostri, qui ordinatione huiusmodi se asserit indigere, fecimus presentibus annotari. Nulli ergo etc. nostre annotationis infringere. Datum Perpiniani[4] Elnensis diocesis, IIII nonas martii anno quintodecimo[5]. Expedit V idus aprilis anno XV[6], B‹ernardus› Fortis[a7].

---

[2] *Dominicus Fortis.*
[3] *Tortosa, Katalonien, Spanien.*
[4] *Perpignan, Roussillon, Frankreich.*
[5] *1409 März 4.*
[6] *1409 April 9.*
[7] *Bernardus Fortis.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 312.

***RA 333**, fol. 20r (Rubrik), fol. 611v; **Teildruck:** Baumgarten, Von der apostolischen Kanzlei S. 131.*

Ad futuram. Iohannes episcopus olim Ostiensis archidiaconatu de Vallibus in ecclesia Oscensi privatur[a].

Ad futuram rei memoriam[1]. Cum iniquitatis filius Iohannes[2] episcopus olim Ostiensis proprie salutis immemor nobis et Romane ecclesie inobediens et rebellis extiterit ac schismaticus notorius existat, nos ex hiis et aliis certis causis, quas presentibus haberi volumus pro expressis, eundem Iohannem episcopum archidiaconatu de Vallibus in ecclesia Oscensi[3], quem obtinet, auctoritate apostolica privamus et amovemus penitus ab eodem. Nulli ergo etc. nostre privationis et amotionis infringere etc. Datum apud Turrim de Plano extra muros Barchinonenses[4], V kalendas octobris anno quintodecimo[5]. Expedit VIIII kalendas novembris anno XVI[6], B‹ernardus› Fortis[7].

---

[1] *Am Kopf rechts* Gratis de mandato domini nostri pape
[2] *Johannes de Broniaco.*
[3] *Huesca, Aragon, Spanien.*
[4] *Barcelona, Katalonien, Spanien.*
[5] *1409 September 27*.
[6] *1409 Oktober 24*.
[7] *Bernardus Fortis*

---

[a] Ad - privatur *RA 333 Rubr.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl